





744
DISSERTATIO AVSPICALIS 1747, 16

DE
ORDINATIONIBVS
POLITIAE ET IVSTITIAE ~~16~~ 7
SERENISSIMORVM SAXONIAE
ERNESTINAE DVCVM

Von
Den Policy- und Justiz-Berordnungen
der Sächsischen Fürsten
Ernestinischer Linie.

QVAM
EX DECRETO
ILLVSTRIS IVRISCONSVLTORVM ORDINIS
IN ACADEMIA IENENSI (102)
PRAESIDE
CHRISTIANO GOTTLIEB BVDERO
SERENISSIMIS SAXONIAE DVCIBVS A CONSIL. AVLICIS IVRIS PVBLICI
FEVDALIS ET HISTORIARVM P. P. O. COLLEGII FACVLTATIS
IVRIDICAE SENIORE
PRO SVMMIS IN IVRE HONORIBVS
RITE CONSEQVENDIS
AD D. XV. APRILIS A. R. S. MDCC XLVII.
PLACIDO ERVDITORVM EXAMINI SVBIICIT
IVSTINIANVS THOELDEN
TENNSTADIENSIS THVRINGVS.

IENAE, LITTERIS SCHILLIANIS.

(12)

ORDINATIONIS
POLLICAE ET IVSSITAE
SERVATI MONTIS SACRI
EPISTOLAE DICTAE

Die 10ten Junii 1717
Die 10ten Junii 1717
Die 10ten Junii 1717
Die 10ten Junii 1717

EX DECRETO
ILLUSTRISSIMAE ACADEMIAE
IN ACADEMIA FRENESI

CHRISTIANO GOTTLIBI THERO
RECTORI ACADEMIAE FRENESI
PRAESIDI

PROVINCIAE SILESIAE
ACADEMIAE FRENESI
PRAESIDI

CHRISTIANO GOTTLIBI THERO
RECTORI ACADEMIAE FRENESI
PRAESIDI

IN ACADEMIA FRENESI
PRAESIDI



A SON ALTESSE
SERENISSIME MONSEIGNEUR
ERNESTE AVGVSTE
DVC REGNANT DE SAXE-WEIMAR
ET EISENACH

DVC DE IULIERS, CLEVE ET BERGUE COMME
AUSSI D'ENGRIE ET DE WESTPHALIE, LANDGRA-
VE DE THURINGUE, MARGRAVE DE MISNIE,
COMTE-PRINCE DE HENNEBERG, COMTE DE LA
MARCHE ET DE RAVENSBERG, SEIGNEUR DE
RAVENSTEIN, GENERAL DE TOUTE LA
CAVALLERIE DE SA MAIESTE' L' EM-
PREVR CHARLES VI DE GLORIEUSE
MEMOIRE, ET COLONEL D'INFAN-
TERIE ET DE CAVALLERIE

MON TRES GRACIEUX
PRINCE ET SEIGNEUR.

MONSEIGNEUR,



*Voici une entreprise, qui semble aussi
temeraire que coupable.*

*Quoi ! un inconnu, et qui n'a pas
même le bonheur et l'avantage d'être du nom-
bre des fidèles sujets de VOTRE ALTES-
SE SERENISSIME, ose demander VO-
TRE haute protection en faveur de ce petit ou-
vrage,*

vrage, et mettre le present *essay* de ses études sous
les auspices d'un PRINCE si éclairé, et dans
lequel on voit briller tant de vertus, dont une
seule seroit capable de rendre SON nom immortel.

Tout le monde reconnoit VOTRE AL-
TESSE SERENISSIME pour le PRINCE
le plus accompli. On peut même dire, que c'est à
la prudence de leur AUGUSTE SOUVE-
RAIN, que VOS fidelles sujets doivent le bon-
heur et la félicité dont ils jouissent.

Le juste et excellent choix, que VOTRE
ALTESSE SERENISSIME fait faire des
Ministres les plus éclairés, donne tant de splen-
deur à VOTRE illustre Cour, qu'on ne la sau-
roit assez admirer : Le bon ordre qui s'y observe,
la clemence avec laquelle VOUS regnez, en af-
fermissant la félicité de VOS sujets, fait sou-

):(3

hai-

haïter à un chacun le bonheur de mériter l'attention d'un si ILLUSTRE SOUVERAIN.

Mais que fais-je ? quelle témérité de vouloir entrer dans un détail de si sublimes qualités, qui se font mieux sentir que je ne pourrois les exprimer ! Je n'ose me flatter d'avoir assez d'habileté pour mettre tant de choses excellentes dans le jour qu'elles méritent : Je m'estimerai seulement le plus heureux de tout le monde, si ce petit ouvrage que je prends la hardiesse d'offrir avec toute la soumission imaginable à VOTRE ALTESSE SERENISSIME, ne LUI a pas tout à fait déplu, et si ELLE daigne le regarder comme un sacrifice que je LUI dois.

En effet, MONSEIGNEUR, ma dévotion envers VOTRE ALTESSE SERENISSIME a pris naissance dans le cœur de
mon

mon Pere, que *VOUS* avez toujours honoré d'un
accueil gracieux. Ne seroit-il pas injuste, si
cette devotion succée avec le lait n'avoit point trou-
vé de nourriture dans le coeur de son fils ? si le
fils avoit des sentiments contraires aux actions
du Pere ? oui je serois sans doute à blamer, si
j'empechois mon coeur de faire éclatter ses pro-
pres mouvements, et le Zele ardent qu'il a pour
VOTRE ALTESSE SERENISSIME.
Car comme mon Pere n'a jamais cessé de se
concerner les bonnes graces de *VOTRE AL-
TESSE SERENISSIME* par la plus par-
faite soumission que *VOS* faveurs particulieres
ont rendu hereditaire dans nôtre famille, ce seroit
y déroger que de donner seulement lieu de douter,
que le fils ne soit penetré de pareils sentiments,
puisque rien n'est plus naturel que les enfants
suivent les traces de ceux, à qui ils doivent le
jour, et se reglent sur leur modèle.

La

La presente Dissertation que je consacre à
VOTRE ALTESSE SERENISSIME
comme un gage et une marque authentique de
mon profond respect, traite quelques droits emi-
nents qui regardent aussi *VOTRE ILLU-*
STRE MAISON par rapport à quelques
ORDONNANCES DE POLICE ET DE IVSTICE,
que les *SERENISSIMES DUCS DE SA-*
XE DE LA LIGNE ERNESTINE ont
si prudemment publiées. Cela me fait esperer,
que mon entreprise sera d'autant plus agreable,
qu'elle fera voir à *VOTRE ALTESSE*
SERENISSIME, qu'on est aussi occupé
dans les Etats étrangers à admirer la divine
prudence, qui se montre dans les loix si salutai-
res, dont *VOUS* et *VOS AVGVSTES AN-*
CÊTRES avez pourvû *VOS* fidelles sujets. J'ai
publié et defendu publiquement ce petit ouvrage
dans la florissante Université de Jene, qui hono-
re

re *VOTRE ALTESSE SERENIS-*
SIME comme Son *Auguste Protecteur*, et
dans laquelle je suis parvenu au *Doctorat*
en *Droits*

Heureux, si je puis meriter en quel-
que maniere à cette occasion la favorable at-
tention d'un *PRINCE* dont l'amour
pour les sciences est suffisamment connu de mé-
me que la Protection particulière qu'IL dai-
gne accorder à ceux qui les cultivent.

Heureux, si je pouvois un jour em-
ployer mon peu de Javoir au service d'un

):():(si

si grand PRINCE, si je pouvois donner des marques publiques de mon Zele, de mon attachement et de ma fidelité et avoir le bonheur de plaire à un PRINCE, qui par ses rares vertus s'est rendu pour ainsi dire adorable.

Je me bornerai à joindre mes voeux ardens à ceux que font unanimement tous VOS fidelles sujets pour la conservation de VOTRE ALTESSE SERENISSIME, et pour la prosperité de VOTRE AVGVSTE MAISON, qui se voit avec VOUS à present plongée dans une
pro-

profonde tristesse par la perte considerable
que VOUS venez de faire de VOTRE
AUGUSTE EPOUSE.

LE TOUT- PUISSANT veu-
ille, MONSEIGNEUR adoucir le
chagrin inexprimable, que cause cette mort
inopinée à tous VOS fideles sujets, qu'IL
fasse encore passer à VOTRE ALTES-
SE SERENISSIME, une longue suite
d'années dans la plus parfaite Prosperité, et
en VOUS donnant tout ce qu'il faut pour
conserver la brillante gloire qu' a acquis un
PRINCE qui fait les delices de ses sujets et
l'admiration de tout l' Empire, VOUS
fasse ajoûter de jour en jour un nouvel.

);(:)(2

éclat

éclat à l'immortalité de VOS AUGU-
STES Ayeux.

*Je suis avec le plus profond respect
et toute la Soumission imaginable,*

**MONSEIGNEUR,
DE VOTRE ALTESSE
SERENISSIME**

*le très humble, très obéissant et très
dévoué Serviteur*

Justinien Tbællden.




DE
ORDINATIONIBVS POLITIAE AC
IVSTITIAE SERENISSIMORVM
SAXONIAE ERNESTINAE
DVCVM.

SECTIO PRIMA

RECENSIO ORDINATIONVM PRAECIPVA-
RVM IN CAVSSIS POLITIAE AC IVSTITIAE
A SERENISSIMIS SAX. ERNESTINAE
DVCIBVS EDITARVM.

§. I.

nter praerogativas *Gentis Saxonicae*
gubernatorumque nobilissimarum
prouinciarum Saxonicarum, omnino
referenda est * ipsis permiffa *Autonomia*, quod-
que antiquiffimas confuetudines et Leges fan-
cte ftudiofeque feruauerint, regia fubinde appro-
batione communierint, fapienti legiflatione

A

exi-

exigente necessitate et vtilitate publica, subinde
illultratas et auctas.

* Conf. N. C. L. B. de LYN- *tuum Imperii Sect. III. Membr.*
CKER Liber de *Libertate Sta-* II. §. 8.

§. II.

Sane, aeuo *Carolingico*, Primores ac Prin-
cipes *Saxonum* fortissimae Gentis, de tuendis
conseruandisque consuetudinibus, quae ad ius et
publicam rem pertinent, grauiter solliciti fuerunt.
Praecipuas enim inter condiciones, quibus se post
cruenta bella Carolo M. Francorum Regi permi-
serunt, *Autonomia* fuit, teste POETA historico
Saxone: *

- - - *permissi* LEGIBVS *vti*
Saxones PATRIIS *et libertatis honore.*

Addita quidem, quum in scripturam sermone
latino redigerentur ** his Saxonum consuetu-
dinibus quaedam ad cultum religionis christianae
pertinentia, atque aliae Leges Caroli M. e. gr. *Capi-
tulatio pro partibus Saxoniae* accessere, *** quibus
iure contradicere haut poterant nec volebant

Pro-

proceres Populi Saxonici Christi sacris initiati.

* ad a. 803. apud A. du CHESNE *Scriptor. Rev. Francic. T. II. p. 167.*

** extant in IOA. TILII *Collectione Legum antiquarum Germanicarum, Parisiis 1573.* forma min. edita ultimo loco; in BASILII IOA. HEROLDI *Originum ac Germanicarum Antiquitatum* Libro f. 121. in FREDERICI LINDENBROGII *Codice Legum antiquarum* f. 474. *Saxonum quoque Leges Tres quae extant antiquissimae aetate Caroli M. confectae* Notis illustratae editae sunt cura ill. CAROLI GVILIELMI GAERTNERI, *Lipsiae 1730. 4.*

*** quam primus ex anti-

quissimo MSCto Palatino Bibliothecae Vaticanae produxit FERDINANDVS FVRSTENBERGIVS Episcopus Paderbornensis *Monumentorum Paderbornensium* p. 329. Edit. *Amstelodam.* atque NICOLAVS SCHATENIVS *Historiae Westfaliae* L. IX. p. 565. STEPHANVS BALVZIUS *Capitulum Reg. Francorum T. I. p. 250.* Addatur *Indiculus superstitionum et paganiarum* ab HERMANNO ADOLPHO MEINDERS in *Tractatu de Statu Religionis et Reipublicae sub Carolo Magno et Ludouico Pio in veteri Saxonia* p. 144. seqq. notis illustratus.

§. III.

Quam consuetudinum legumque suarum adprobationem Rex victor prudenter concesserat *Saxonibus*, eandem ab electis post tempo-

A 2

ra

ra Carolingica Regibus, iure suo postularunt. Nec defuit precibus legitimis prompta Regum voluntas. *Henricus* siquidem *II.* cognomento Sanctus, anno 1002. in *Thuringiam* veniens a *Wilhelmo* Thuringorum potentissimo susceptus, *Merseburgum* Palatium tunc regium ingressus, in conuentu solemni Procerum Populique *Saxo-
num* Rex agnitus, *Leges ac consuetudines* Gen-
tis confirmavit. Rei maxime memorabilis
seriem *DITMARI Merseburgensis* Episcopi opti-
mi locupletissimique testis exponemus verbis:
Huc (Merseburg) *conueniunt Archi-Episcopi*
Luizo Bremensis et Gifilerus Magdeburgensis cum
ceteris confratribus Rhotbario Patheburnensi,
Bernbaro Hillinensemensi, Arnulpho Halbersta-
densi, Ramwardo Misnensi, Bernardo Ferdensi,
Hugone Cicensi: Ducibus autem Bernbaro et
Bolizlao, cum Marchionibus Luthario et Gero-
ne, ac Palatino Comite Friderico, aliisque quam
pluribus tam Episcopis, quam Comitibus, quorum
nomina longum est enarrare per singula. Hi
omnes Regem supplici deuotione suscipiunt. Cra-
stina

stina itaque die i. e. octau. Kalend. Aug. Bernhardus Dux cum consensu omnium, astante coram rege voluntatem plebis conuenientis aperiens, omniumque necessitatem ac legem specialiter exponens, quid eis misericordiae dictis promittere, seu factis vellet impendere diligenter inquirit. Talia querebat, ac contra Rex referebat: Deo primum, deindeque vobis omnibus condignas grates persolvere nequaquam sufficio. Vnde voluntatis meae secretum vobis aperio, quod ex adiutorio efficaciter vobis omnibus impendere desidero. Notum etenim etiam est, quam fideliter vestris Regibus semper ubique ad audientiam et solatium parare studueritis et ideo vos magis in omnibus optime honorare, diligere, et ad regni profectum nostramque salutem libet conservare et ut certi de his sitis, quo modo vobis placet, saluo honore Regni affirmo, quia non renuentibus, nec contradicentibus vobis, sed potius quasi applaudentibus et huc me inuitantibus, hac regali dignitate honoratus appareo. LEGEM igitur VESTRAM NON IN ALIQUO CORRUMPERE, sed vita comite

*mitte malo clementer IN OMNIBVS ADIMPLE-
RE, et vestrae rationabili (hic in textu forte ex-
cidit vox consuetudini) in quantum valeo ubique
animum adhibere.*

*Taliter effatur rex, et vox vna leuatur
Protinus astantis plebis Regi iubilantis
Laudes et grates super has tantas pietates.*

*Bernhardus igitur dux, accepta in manibus sa-
cra lancea ex parte omnium (sc. Saxonum) Regni
curam illi fideliter committit. Ex qua luculenta,
licet minus venusta narratione, omne confirma-
tionis Legum Saxonicarum negotium patet.*

* p. 368. Editionis LEIB- I. *Scriptorum Rerum Brun-
NITIANAE*, quae extat Tom. *suicensum*.

§. IV.

*Nec approbationem antiquissimarum Le-
gum consuetudinumque Saxonicarum denega-
uit Conradus II. Salicus Rex et Imp. qui ex te-
stimonio WIPPONIS * reuersus de Ribuariis
(Francis) ad Saxoniam venit, ibi Legem crudelif-
simam*

simam (vti, ob poenas graues in furta videbatur) secundum voluntatem eorum (Saxonum) constanti auctoritate roborauit.

* VITA *Cunradi Salici* T. III. Pistoriano p. 469. Edit. *Struuianae*.

§. V.

Eodem benigno animo, vt ex recentiori aeuo exempla proferamus *Autonomiae Saxonicae* prospexit *Maximilianus* I. Aug. datis anno 1512. literis, *Saluatorium* pragmatici vocant, quibus declarauit *Ordinationis Iudicii Cameralis* legislationes nil detrimenti adferre debere Iuri Saxónico tot Regum et Imperatorum adsensu comprobato. Diploma magni momenti a Saxonibus in supremis Imperii Dicasteriis saepe laudatum, his verbis conceptum:

„Wir Maximilian von Gots Gnaden erwelet
 „ter Römischer Kaiser zu allen Zeiten Merer
 „des Reichs, in Germanien, zu Hungarn, Dal-
 „matien, Croatien etc. König, Erzherzog zu
 „Oesterreich Herzog zu Burgundi, zu Bra-
 band,

„band, und Pfalenzgrave etc. etc. bekennen, Als
 „vor etlichen verschinen Iaren auf den erstge-
 „halten Reichstag zu Wormbs (1495.) ain
 „Ordnung, und nemlich welchermassen es mit
 „nsrem Kaiserlichen Cammer Gericht gebal-
 „ten werden soll, aufgericht, die auf nachfol-
 „genden Reichstagen, und nu am letzten zu
 „Augsburg durch Curfürsten, Fürsten und
 „ander Stende des Reichs ain Zeitlang er-
 „streckt ist darein dann der Hochgeborn Fri-
 „drich Herzoge zu Sachsen, Landgraue in
 „Düringen und Marggrave zu Meissen des
 „heiligen Romischen Reichs Ertzmarschalb,
 „nsrer lieber Oheim, Curfürst, Ratt und Stadt-
 „halter, und ANDER HERZOGEN VON SACH-
 „SEN auch verwilliget, Dafs Wir demnach
 „dem gemeldten nsrem Oheimen, Herzog Fri-
 „drichen zugesaget haben wissentlich in kraft
 „dies Briefs also dafs solch sein und ander Her-
 „zogen von Sachsen Verwilligung der gemel-
 „ten Ordnung des Cammer Gerichts halb sei-
 „ner Lieb und dem Haus Sachsen an iren
 „Frey-

„Freybaitten, Gebrauch und Herkommen
 „unvergriffenlich und unschedlichen sein solle,
 „ungeverlich. *Mit Urkund dits Briefs geben*
 „zu der Newstat am newnzehenden Tag des
 „Monats Februarii, nach Cristi Gepurt funf-
 „zebenhundert und im zwelften, unsers Reichs
 „des Römischen im sechs und zwainzigsten,
 „und des Hungerischen im zway und zwain-
 „zigsten Iaren

Per Regem

Ad mandatum Domini
 Imperatoris proprium

Renner.

§. VI.

Qua de causa expensa conditaque in Co-
 mitiis *Wormatiensibus* a. 1521. et *Spirensibus*
 1529. Constitutio Imperii de repraesentationis
 iure in linea collateralis, clausulis suis derogatoriis
 nocere haut potuit mori consuetudinibusque
 in hoc iuris argumento, Saxonis*.

* Compara IOANNIS IA-
 COBI MYLLERI *entdeckten*

*Staats-Cabinets vierdte Eröf-
 nung, cap. I. p. 24.*

B

§. VII.

§. VII.

Adgnouit id quoque aequissimi animi Imperator *Ferdinandus I.* concessio Augustae Vindelicor. d. 25. Iun. a. 1599. amplissimo illo de non appellando Priuilegio potentissimae profapiae Electorali et Ducali, his verbis : * *dass das Hauß zu Sachsen mit einem sonderlichen Recht, welches man das Sachsen - Recht nennet von Römischen Kaisern und Königen unsern Vorfahren privilegirt und begnadet, welches Sächsischen Rechtens Verstand durch hergebrachte Gebräuche und langwierige Uebung, und Gewonheit in Seiner Liebden und derselben Vorfahren Landen des mehrern theils erkundet were, und sonst den auswertigen Gerichten und Urtheils-Fassern unbekannt etc.*

* extat in I. C. LVNIGII *Tent-* cialis Continuat. secunda
schen Reichs Archivs Partis spe- p. 310.

§. VIII.

Exinde aliisque argumentis clarissime patet, Genti Saxonum huiusque regnatoribus, saluam omni aeuo fuisset *Autonomiam*, quam vetustos

stos mores conseruando, atque mutato rei publicae statu, exigente necessitate ac vtilitate publica, summa iustitiae et prudentiae cum laude, nouas leges Ordinationesque condendo, feliciter exercuerunt.

§. XI.

Operae itaque pretium me facturum confido, 'si ad exemplum doctissimorum Iuriconsultorum,* de Legibus et cum maxime *Ordinationibus Iustitiae ac Politiae* causa a Serenissimis *Saxoniae Ernestinae* Electoribus et Ducibus, et hac vice Profapiae cum primis Serenissimae *Vinariensis*, obseruata quaedam, proposuero. Communis enim ciuilis et legalis sapientiae doctorum est sententia, praecipuum caput Notitiae Rerumpublicarum et Iurisprudientiae esse accuratam *Legum et Consuetudinum* cognitionem. Recteque omnino pronunciauit vir sapiens ac egregius PHILIPPVS ARGELATVS** Bononiensis: *Nationum; genium et acta ita in Legibus introspicimus, vt in speculo imaginem.* Addimus

merito: Legislatorum itidem prudentiam et prouidam curam.

*Egregiam fane, et notitiam legum ac rei iudiciariae Saxoniae Electoralis Albertinae desiderantibus perutilem operam nauauit vir illustris CHRISTIANVS GOTTLIEB WABST, cuius *historische Nachricht von des Churfürstenthums Sachsen und derer dazu gebö- rigen Lande ictziger Verfassung der hohen und niedern Iustitz, Leipzig 1732. f. prodit. Niti- de et insigni cura scripta est ce- leberrimi Icti GOTTFRIDI MASCOVII Notitia Iuris et Iudiciorum Brunsvico-Lunebur- gicorum, accessit Notitia Iuris Osnabrugensis et Hildesensis, Gottingae 1738. 8. Eandem erudita et summae diligen- tiae laudem merentur V. C. AVGVSTINI BALTHASARIS Icti Gryphiswaldensis Nach- richt von den Landes-Gerichten*

und derselben Ordnungen im Herzogthum Pommern, sonder- lich Königlich - Schwedischen Anttheils und selbigem incor- porirten Fürstenthum Rügen, Greifswalde 1736. f. et EIVSD. Nachricht von denen Landes - Gesetzen im Herzog- thum Pommern sonderlich Kö- niglich Schwedischen Anttheils und selbigem incorporirten Für- stenthum Rügen, ibid. 1740. f. nec non eruditissimi Viri AL- BERTI GEORGII SCHWARZ Einleitung in die Pommerisch- und Rügianische Iustiz - Histo- rie, Greifswalde 1735. f. vbi de Legibus antiquis populo- rum terrarum Pomeranicarum pererudite disquirit.

** Praefatione Tomi I. Part. II. Scriptor. Rer. Italicarum MYRATORII, vbi de Legibus Longobardicis disseritur.

§. X.

Talem prouidentissimam curam clarissime condo-

condocent plenae ciuilibus prudentiae Leges, ORDINATIONES, mandata *Serenissimorum Saxoniae Ernestinae Ducum*, quarum e numeris antiquiores maxime, vnde recentiores, quod ad magnam partem, promanarunt, recentiorumque praecipuas commemorabimus.

§ XI.

Primus, quantum scimus, egregium legislationis prouincialis specimen in excelsissima Familia Saxonica Wettinensi dedit *Wilhelmus III.* Saxoniae Dux, princeps magni animi, insignisque plane cum in Imperio et Principatu suo, tum apud exteris nationes auctoritatis, qui quum varios abusus in Principatu suo *Thuringiae*, * adiectisque terris obseruasset, in *Conuentu Weissenfensi* anni 1446. consiliis Ordinum Prouincialium adhibitis, praeclaram sane et prouinciis fructuosam *Ordinationem*, ** vt vocant, siue *Legem prouincialem*, condidit ac promulgauit.

* quam insignem Principatum appellat: dasselbe ehrliche begyn mit einer grossen Menge treflicher Gravschaft, Herfürstentum (welches) von An- schaft, Ritterschaft, und auch Stete

*Stete gar lobelich und mirdelich
usgesetzt, gewedemit und ber-
kommen ist.*

** Summatim de ea expo-
suit IO. IOACH. MULLERVS
*Reichs-Tags-Theatri sub Fride-
rico III. Imper. Ersten Vor-*

*stell. cap. IX. p. 129. Ipsam ve-
ro Ordinationem plene ex Ar-
chiuis Vinariensibus primus
produxit IDEM Reichs-Tags-
Theatro sub Maximiliano I.
Dritten Vorstell. cap. XXVII.
§. 2. p. 86. seqq.*

§. XII.

*Altera, quae a Serenissimis Saxoniae Du-
cibus legislatoribus promulgata Ordinatio Pro-
uincialis * ea est, quam concordia coniunctissi-
mi Fratres Ernestus Elector et Albertus vter-
que Saxoniae Dux, Dresdae die Lunae post do-
minicam diem Quasimodogeniti Anni 1482. pu-
blicandam censuerunt,*

* quae repetitis vicibus ex-
pressa | formis, nitidissimis
typis excusa prodiit Lipsiae
per Valentin Bapst 1548. 4.

inserta Corpori nouo Saxonico
Dresdae 1660. f. edito p. 1.
seq. et IOA. CHRISTIANI LV-
NIGII Codici Augusto T.I. f. 1.

§. XIII.

Inter *Fridericum* Sapientem *Ernesti* in Se-
ptemviratu successorem et *Albertum* Animosum
Saxoniae Ducem, occasione decretorum in Lin-
dauiensibus Imperii Comitibus an. 1497. factorum,
in

in conuentu ordinum prouincialium annis 1497. et 1498. *Numburgi* conuocatorum, diu multumque de noua *Ordinatione Prouinciali* deliberatum fuit, vti ex iis, quae tum in chartas coniecta fuerunt, patet. *

* produxit: *Handlung des Montags nach Cantate, die Land-Tags zu Numburg Montags nach Kiliani Anno XCVII. gehalten, Lands-Ordnung betreffend; item: Handlung des gehaltenen Tags zu Numburg* *Montags nach Cantate, die Landes-Ordnung betreffend Anno XCIX. IOANNES IOACH. MULLERVS Reichs-Tags-Theatri sub Maximiliani I. Imp. III. Vorstell. cap. XXVII. p. 99. 102.*

§. XIV.

Idem *Fridericus*, de quo IOANNES AVENTINVS carmine sapphico cecinit:

*Principem nullum similem sub orbe
esse Romano videas*

indice fratre *Ioanne* post ea Electore, quo cum in summa charitate vixerat terrasque hereditarias suavi imperio rexerat, praeter varia Mandata *Politiae* causa edita, * condidit *eine Amts-Ordnung*, ** qua *leges sumtuariae* inter alia continebantur. Est ea rarissima et forte scriptis tantum proposita. Leges autem bonas amabat

bat *Fridericus* Elector. Testimonium profert rerum huius Electoris peritissimus PHILIPPVS MELANCHTHON, *** his vsus verbis: *scimus hunc principem saepe sua voce barbariem, arrogantiam et stultitiam eorum taxasse, qui sine scripto iure potentum arbitriis regi homines et iudicari controuersias volunt, et cui perinde vt Augusto Trebatius, Alexandro Severo Vlpianus familiarissimi fuerunt Iurisconsulti, quorum hac aetate in his regionibus summa fuit eruditio et eloquentia Doctor Mogenbofer, Doctor Henningus, (Goden) Doctor Hieronymus Schurff, Doctor Pontanus. Cum his tantis viris de maximis rebus eum deliberasse ipsorum scripta et alia monumenta ostendunt. Et alio loco: In Iurisdictione vero etsi iniustam asperitatem oderat, tamen nequaquam lentus erat. Latrocinia adeo seuerè puniuit, vt sumpsisset supplicia etiam de quibusdam qui in familiis nobiles et amplis nati fuerunt. Non metus, non gratia, non cupiditas vlla eum inflexit, vt contra iustitiam faceret. Controuersias quae in aulam adferebantur magna sedulitate cognoscebat et re disputata cum erudi-*

eruditis sapienter dirimebat, et in compositionum formulis magna cura vitabat ambigue dicta et coturnos, dicens inde inflammari lites et odia et non extingui. Exinde de sapientissimi Electoris legislatione iudicium facere quis potest.

* talia indicant IOAN. SEBASTIANVS MVLLER *Annal. Sax. ad Annos 1494. 1500. 1502. 1513. atque HOENN Chron. Coburg. p. 134.*

** mentionem huius facit Ioannes Elector im *Ausfchreiben* siue *Mandato*, quod mox in margine §. seq. laudabimus.

*** in oratione de Duce Saxoniae *Friderico* Electore, quam pronunciauit Ioannes *Trutenbul* ICtus excusa *Wittebergae* 1551. 8. eadem virtutes laudauit CHRISTOPHORVS SCHEVRL Nurembergensis, libello de *laudibus Germaniae et Ducum Saxoniae*, edito *Bononiae* 1506. 4. pl. *Hii b.*

§. XV.

Ioannes Elector pietate, constantia, prudentia plane admirabilis, mortuo anno 1525. Fratre vnus Terrarum Saxo-Ernestinarum dominus, saluberrimis circa sacra et profana Legibus ac institutis populos sibi subiectos beatiores reddidit. Praeclarum sane est iudicium, quod teste PHILIPPO MELANCHTHONE * de *Iohanne* tulit *Maximilianus I.* Imp. acerrimus

C

inge-

niorum arbiter, videbat *in eo* Principe omnes virtutes necessarias viro bono et utili ad communem consocietatem, non ut in multis arte ascitas, aut iniustas, sed natiuas esse iustitiam, veritatis amorem, fidem, constantiam, modestiam inimicam fastui et ambitioni, fortitudinem, castitatem. Videbat pectus candidum et ingenuum esse, non pleonecticum, non fucatum, non insidiosum, non liuidum, non suspicax, alienum ab aemulatione, ab auaritia, curiositate a πολυπραγμοσύνη, candide suum cuique locum tribuens, fugitans rixarum, amans principum consocietatem et publicam concordiam. Has virtutes regebat non ostentatio sapientiae sophistica, sed vera prudentia, intuens virtutum fontes praecepta Dei et disciplinam a maioribus traditam. A tali Legislatore non nisi sapientissimae ordinationes provenire potuerunt. Docet id, ut alia salubria praecepta taceamus, *Mandatum* suae *Ordinatio*, quam Anno 1531. proposuit, cuius in Praefatione ipse occasionem aperuit hisce verbis: *Nachdeme auf unserem nagstgebaltenen Land-Tage*

Tage zu Zwikaw under anderen *Uns in Schrif-*
ten ist fürgetragen, Diemeil hievor in den euf-
serlichen leichtfertigkeiten als Gotslesterungen,
uberigs Zutrinkens und andern sündlichen la-
stern, dadurch Gott der allmächtige zu Zorn
und Straff widder uns bewegt, ain gemain Edict
were ausgegangen mit untertheniger bit, dass
Wir desselben inndenck sein und gnediglich darob
halten wolten. Quod Edictum Torgaviae am
Dienstag nach dem Sonntag Trinitatis 1531. pius
prudentissimusque Elector renouauit et ampli-
ficauit.

* in *Oratione de Ioanne Du-*
ce Saxoniae Electore, recitata
a Laurentio Lindemanno, quae
extat Tomo II. Orationum
Lugubrium cura Simonis Sebar-
dii ICti iunctim editarum p.
153.

** *prodiit sub hoc titulo:*
Ausbreiben durchs Chur- und
Fürstenthumb zu Sachsen etli-
che nöttige Stuck zu Erhaltung

Chrißlicher Zucht belangend,
4. 3. plag. sine loci mentione
typis, vti viderur Vitember-
gensibus. Coniungenda, iuf-
su pißimi Electoris edita:
Vornanung aus unsers gnädig-
sten Herrn des Churfürsten zu
Sachsen bevelb gestellet durch
die Prediger zu vorlesen widder
Gotslesterung und Füllerrey,
Wüttemberg 1531. 4. durch
Georgen Rhaw, 5. plag.

C 2

§. XVI.

§. XVI.

Qui emendatam religionem, communis patriae libertatem, cum vitae, libertatis et insignis partis terrarum auitarum dispendio, asseruit, literasque bonas, condita Academia *Ienensi* insigniter iuuit et ornauit pius ac magnanimus Elector et Dux Saxoniae *Ioannes Fridericus*, ad exempla patris et patruī bonus item *legislator* * fuit. Confirmant optimi principis curas prouidentissimas tot mandata purioris doctrinae promouendae, bonique ordinis ciuilis seruandi causa in lucem edita. Iustitiae porro sancte religioseque administrandae normas praescrispsit promulgauitque

Raths- und Canzley - Ordnung,
quam ipse egregiam, *eine stattliche*, adpellat. Secuta *Ordinatio*, quo nempe pacto iustitia absque procrastinatione in *Curia sua Iudiciis*que cetera incorrupte ac integre administrari debeat. Lectu certe est dignissima, sigillo electorali munita *Torgauiae, Mitwochs nach Exaudi nach unsers lieben Herrn Geburt tausend fünfhundert und*

*und vierzigsten Iabr.*** Occurrunt in eadem momentosa argumenta de illicito et intempestiuo recurſu ad Aulam Principis, remedia aduersus artes Aduocatorum, abusus Promotionum, disponitur de promotorum in Facultate Iuridica praerogatiuis et honorariis, agitur de procuratione Doctoribus parum honorifica, de sumptibus moderandis, de Praefectarum iuribus turendis; de causis et negotiis Feudalibus vnice in Curia Principis tractandis, aliisque quae consilia MELCHIORIS ab OSSA sapiunt, quo tum *Cancellario* utebatur Elector.

** praeditus enim ea praeceptae sapientia erat, quae sola est sapientia nominanda, quam spiritus sanctus accendit in homine renato per verbum Dei, vt vere agnoscunt Professores Academiae nouae IENENSIS de morte Ioannis Friderici Studiosi indicium facientes, vide eorum Programma ap. SCHARDVM T. II. p. 177.*

*** Formis impressa Wittebergae durch Georgen Rham,*

1542. 6. plag. sub indice: *Aus schreiben des Durchlauchtigsten Hochgebornen Fürsten und Herrn Herrn Iohans Friderichen Hertzogen zu Sachsen des hailigen Römischen Reichs Ertzmarschalch und Chur-Fürsten, Landgraven inn Düringen, Marggraven zu Meissen und Burggraven zu Magdeburg, Ertzliche nötige Artickel zu Förderung der Iusticien dienstlich belangend, MDXLVII. 4.*

§. XVII.

Notabilis quoque et paternum optimi Principis animum ob commoda subditorum sollicitum aperte loquitur *Ordinatio Provincialis*, siue Leges sumptuariæ et vestiarie et quæ cum his connexa sunt, sigillo electorali communitæ et publicatæ *Torgaviae* Dominica Cantate anno Domini 1546. *

* prodierunt *Wittebergæ* *Ordnung von übermäßiger typis Georgii Rbaw 1546. 4. Kleidung, geschmuck und bekö-*
plag. 4. hoc titulo: Des Chur- stigung der Hochzeiten, Kind-
Fürsten zu Sachsen etc. und Burg- tauffen und anderer Gasterey-
graven zu Magdeburg Lands- en halben.

§. XVIII.

Quumque indulgentissimus Elector hac Ordinatione exceptos voluisset Comites, Dynastas, Consiliarios, Nobiles, Doctores, atque Rectori et Senatui *Academiae Vitembergensis* benigne permisisset, vt ipsius iussu ac consensu sibi ipsis et ciuibus suis leges luxui et nimiis sumptibus aduersas scriberent, eodem anno 1546. tales editæ sunt, * unde curiosus lector varia singularia annotabit.

* *Wit-*

* *Wittebergae* ex typogra- *Geschnuck, Bekostigung der*
 pheo *Georgii Rabw* 1546. 4. *Hochzeiten, Gastereien etc. mit*
 2. et dim. plag. sub inscriptione: *einer lateinischen Vermahnung*
Der Vniuersität zu Witten- *des Herrn Rectoris.*
berg Ordnung von Kleidung,

§. XIX.

Ioanne Friderico Electore magnanimo per
 quinquennium captiuo, in terris, quae per *Capitu-*
lationem Vitembergensem anni 1547. tribus filiis
 Saxoniae Ducibus Ioanni Friderico, Ioanni Wil-
 helmo atque Ioanni Friderico iuniori relictæ
 erant, hi Duces fratres salutem subditorum, quan-
 tum calamitas temporum permittebat, ex iussu
 et consiliis prouidentissimi Patris in omni fortu-
 na venerabilis, egregie procurarunt, permissio
 Fratrum seniori imperio, qui subinde perutilia
 Mandata publicauit, quae indicata et recensita
 in *Annalibus Saxonis* MULLERIANIS.

§. XX.

Restituto anno 1552. in libertatem *Iohan-*
ne Friderico Electore, laude dignissimus Prin-
 ceptus omnem quam potuit curam adhibuit, uti
 quae ipsi reliquæ, nec non morte fratris *Ioan-*
nis

nis Ernesti anno 1553. iure successione deuolutae erant terrae, religione pura, literis et LEGIBVS florent. Sed saluberrimas de condendis nouis Ordinationibus cogitationes turbauit cum aduersa valetudo, tum placidus beatissimusque obitus. Rei feriem commemorant Duces filii in praefamine suae Ordinationis Prouincialis hifce verbis: nachdem ihr (Status Prouinciales) und gemeine Landschaft auf nechstgehaltenen Land-Tage zu Salfelt des verschienen drey- und funftzigsten Iars, weyland dem Hochgebornen Fürsten Herrn Iohans Priderichen dem Eltern, Hertzogen zu Sachsen und gebornen Chur-Fürsten etc. unsern gnedigen lieben Herrn und Vatern seliger und löblicher Gedechnus unter andern undertbeniglich habt fürbringen lassen und gebeten weil das Gotslestern, Fluchen und Schwere, auch das Vollsauffen, Zutrincken und andere sündliche Laster und Leichtfertigkeiten sehr einreissen und überhand nemen theten Aber doch nicht gestraft wurden, vorige deshalben ausgegangene Mandaten und bevelb gnediglich zu ver-

vernemern auch darob vestiglich zu halten welches
 sein Gnaden und wir von euch als denen solche
 Gotteslesterungen zuwieder und missfellig, auch
 die zu Ehre und Tugend Lieb und Neigung tra-
 gen zu gnedigen Gefallen vermarckt, Sein Gna-
 den hat auch solchs darauf gnediglich gewilliget
 des vorhabens derwegen gebürliche verschaffung-
 ge und einsehens zu thun, wo nicht sein Gnade
 anderer irer obliegenden Sachen auch zum theil
 derselbigen Leibseheften und Schwachheit hal-
 ben, bey seiner Gnaden leben daran verhindert
 worden weren. Cura laudatissimorum Ducum
 pro sempiterna, publica priuataque salute, oeco-
 nomicis incrementis, artium mechanicarum et
 commerciorum flore, honestate vitae, minuendis
 luxus adminiculis, ex titulorum numero XCII.
 inscriptionibus patebit. Publicata est egregia
 haec *Ordinatio Vinariae*, nach *Cristi unsers*
lieben Herrn und Seeligmachers Geburt im 1556.
*Jar am Sontage Iudica.**

* typis edita est Ienae per lauchtigen hochgebohrnen Fur-
 Christian Roedinger 1556. f. sten und Herrn Herrn Iohans
 plag. 21 $\frac{1}{2}$. sub tit. Der durch- Fridrichen des Mittlern, Herrn
 Iohans

D

Iobans Wilhelm, und Herrn Iobans Friderichen des iüngern Gebrüdere Hertzogen zu Sachsen, Landgraven in Düringen und Marggraven zu Meissen Pollicey- und Lands-Ordenung zu Wolfart und besten derselben Landen und Untertbanen bedacht und ausgegangen. Prodiit quoque per eundem Typographum sub simili inscri-

pione, forma, quam quartam vocant 17 et $\frac{1}{2}$ pl. recusa Ienae per Donat Richtzenbar: 1580. 4. 17 $\frac{1}{2}$ pl. et recentiori tempore in terris Coburgicis sub anni 1580. mentione in 4. additis variis Ioannis Casimiri et Friderici Wilhelmi Saxoniae Ducum mandatis et ordinationibus.

§. XXI.

Paternis *Ioannis Wilhelmi* * iisque laudatissimis vestigiis insistentes Serenissimi filii *Fridericus Wilhelmus* Electoratus Saxonici Administrator, atque *Iohannes*, eam praeclaram *Ordinationem Politiae* et quae cum hac connexa sunt condiderunt, quae inter praecipuas normas curandi talia negotia in his terris referenda. *Causas* editae huius *Ordinationis* ipsi prudentissimi Legislatores in praefatione indicarunt. Laudatis enim legibus, quas pater adgnatusque tulerunt, subiungunt: *wasergestalt aber gleichwol eine Zeit hero etzliche Artickel in Zweivel und missvorstand gezogen, Also dass dieselbe von etzlichen*

lichen dafür geachtet werden wollen dass sie denen zu geborsamen nicht schuldig, Etzliche aber als wvelchen solche Artickel zu ihren verhofften Rechten fürtreghlich derselben Vollstreckung gehalten haben wollen Darüber gleichwol allerhandts vnnd nicht geringe Streit sich erhoben. Quibus diffidiis ex consiliis Cancellarii et aliorum consultissimorum virorum, quos tum in Curia sua habebant, nec non quorundam ex Ordinum Prouincialium numeris, remedia salutaria attulerunt. Est haec *Ordinatio Prouincialis* plenior ea quam §. XX. laudauimus, Articulisque XCV. complexa, poenasque diuersis delictis e. gr. Adulterii grauiores statuit.** Horum quoque Ducum tum minorum nomine tutor *Augustus* Saxoniae Elector *Ordnationem* pro Metallifodinarum *Salfeldensum* instauratione et incrementis a 1557. edidit. *** Non omittenda hic sub nomine *Ioannis Ernesti* iunioris, primogeniti *Ioannis* D. aduersus monstrum *Pennalismi*, vt appellabant, laudatissima Constitutio d. 9. Dec. a. 1624. edita, et postea in Academia hac *Ienensi* publicata.

De optimi Principis gubernatione ciuili haec annotauit grauis testis TILEMANVS HESHVSIVS Episcopus postea Sambiensis Oratione funebri de Vita, gubernatione et felici obitu Ioannis Wilhelmi Ducis Saxoniae etc. Regiomonti 4. edita plag. F. circa finem: *Ne cui ius denegaretur in tota ditione consistorium constituit ciuile ex nobilitate et iureconsultis: Constituit et scabinatum in collegio iure consultorum et seure illis iniunxit vt secundum scriptas leges sententias ferrent. Aulicum quoque consistorium munuit legibus et statutis et in hoc homines sapientes, timentes Dominum, eruditos, amantes iustitiae, et multarum rerum peritia insignes legit et cooptauit ac subinde admonuit eos vt omnibus ex aequo iustitiam administrarent: cogitarent se non homini sed Deo exercere iudicium. Etsi autem iudicia ciuilia constituerit laudatissime, non permisit tamen securus o-*

mnium causarum cognitionem consiliariis, sed plerasque ipse cognouit: ipsemet ius laboriosissime dixit saepe integros dies interfuit causarum cognitioni: ita vt saepe mirati simus Celsit. eius tantos labores potuisse sustinere.

** Edita est hoc elogio: *Der Durchlauchbtigen Hochgebornen F. und Hrn. Herren Friderich Wilhelms und Herren Iohansen Gebrüdern Hertzogen zu Sachsen, Landgraven in Düringen und Marggraven zu Meissen etc. Policy- und Landes-Ordnung zu wolffart nuz und besten derselben Underthanen und Fürstenthumb bedacht und ausgegangen, Gedruckt zu Ibe zu durch Thobiam Steinman 1589. 4. 20. plag, iterum excusa Altenburgi 1671. 4. 19. plag.*

*** recusa Saalfeld bey Iohann Rittern 1697. 4. sub titulo: *Berg-Ordnung welche der Durchl. Hochgebornen Fürst und Herr Herr Augustus Herzog zu Sachsen des H. R. R. Erz-Marschall und Chur-Fürst etc. in Vormundschaft seiner Chur-Fürstl.*

Furssl. Gnaden iungen Vettern *Wilhelmen und Herrn Iobansen*
derer Durchl. Hochgebornen Fur- *H. z. S. Gebrudern ausgehen las-*
sten und Herren Herrn Friderich *sen. 4. 16 et 17. plag.*

§. XXII.

Ex celsissimo octo Fratrum *Vinariensium*, *Io-*
annis Ducis optimi Principis ac *Dorotheae Ma-*
riæ Anhaltinæ immortalis memoria dignissimæ
 heroinæ *Filiorum* numero, bini imprimis WIL-
 HELMVS et ERNESTVS sago et toga incliti
 Duces, principes in tantum laudandi in quantum
 virtus et pietas evehi possunt, Conditores Sere-
 nissimæ *Gentis Ernestinæ Saxonicae*, inter alia
 prædicanda semper instituta prudenti piaque Le-
 gislatione inclaruerunt. *Ernesti* autem *Pii* et
 Successorum Serenissimorum Leges, singularis li-
 bri expositionem requirunt, quem laborem, quum
 hæ pagellæ non sufficiant, in aliud tempus re-
 feruamus.

§. XXIII.

WILHELMI *Vinariensis* fortissimi ac pru-
 dentissimi Principis tot extant *Edicta* et *Manda-*
ta ordinis politici causâ in lucem edita, quæ in

commodum ordinem redacta typisque repetita
 insigne volumen facerent. Annotabimus ex iis
 quaedam plena bonae frugis nempe varia belli-
 corum negotiorum, quae tum prouincias preme-
 bant, e. gr. metatorum caussa edita a. 1632. seq.
Monetaria a. 1649. *Conductus* et *Gabellarum* Or-
 dinatio d. d. 27. Iunii 1638. 1645. et 20. Nov.
 1636. *Politiae* et boni ordinis in Musarum Ie-
 nensium sede obseruandi d. 15. Ian. 1642. d. 16.
 Febr. 1652. aduersus *Pennalismum*; cum primis
 aduersus Bacchanaliorum furias d. 4. Febr. 1644.
 Ordinationes *Venatorio-Forestales* d. d. 21. Mar-
 tii 1643. d. 6. Dec. 1652. De religiose celebra-
 do *Sabbatho* d. d. 24. Ian. 1650. Mandatum con-
 tra abusum tympanorum et buccinarum d. d. 27.
 Oct. 1659. Salubres et luxui subditorum mo-
 dum ponentes dispositiones *Ordinatio sumtua-*
ria * *Vinariae* annis 1642. et iterum 1653. pro-
 posita. Nec omittenda est *Ordinatio Forestalis*
ac Venatoria ** quae Principis benignam animi
 prouisionem condocet, fuit ea *Vinariae* d. 9.
 Iunii 1646. publicata, eademque tot salutaria ma-
 iorum

iorum ac in regimine antecessorum *Ioannis Friderici* medii, *Friderici Wilhelmi* et *Iohannis F.F.* d. d. *Vinariae* d. 1589. edita mandata renouauit et ad rationes temporum suorum temperauit.

* sub titulo: *Des Durchl. na gedruckt bey Georg Sengen-*
Hochgebornen Fürsten und wald 1653. 4. plag. 3.
*Herrn, Herrn Wilhelms Her- ** expressa typis: Des*
zogs zu Sachsen Ordnung, wie Durchl. Hochgebornen Fürsten
es hinfüro in Sr. Fürstlichen und Herrn Herrn Wilhelms
Gnaden Fürstentumen und Herzogs zu Sachsen etc. Forst-
Landen auf Verlobnissen, Hoch- oder Wald, item lagt- und Wei-
zeiten, Kindtäuften, Begräbnis- demerks- Ordnung, Iehna in der
sen und sonst andern Zusammen- Steinmanniseben Druckerey,
künften gehalten werden soll, Te- 1646. 4. 7. plag.

§. XXIV.

IOANNIS ERNESTI Ducis, primogeniti *Wilhelmi*, in communiōe cum Fratribus ad gubernacula sedentis, regimen variis egregisque mandatis nobilitatum. Sanitatis subditorum restituendae causa Ordinationem edidit.* Erumpentem rursus luxuriam renouata Parentis *Lege sumtuaria* ** d. 23. Febr. 1681. cohibuit, eundem que *Ordinem* *** in Terris *Ienensibus* Pupilli *Ioannis Wilhelmi* Ducis d. 22. Martii 1681. praescripsit.

* pro-

* prodiit *Des Durchbl. Fürsten und Herrn Johann Ernstens Herzogen zu Sachsen, erneuerte und verbesserte Medicinal- und Apotbecker-Ordnung, Weimar d. 19. Nov. 1673. ap. Io. Andr. Müller 4. 16. plag.*

** typis expressa: *Des Durchbl. Fürstens und Herrns Herrn Johann Ernstens Herzogs zu Sachsen etc. Verneuerte Verordnung wie es hinfübro in ihrer Fürstl. Durchbl. Fürstentbu-*

me und Länden bey Verlöbnißsen, Hochzeiten, Kindtaufsen, Begräbnissen und sonsten andern Zusammenkünften gehalten werden soll, Weimar drukt Johann Andreas Müller 1681. 4. 2 ½ pl.

*** ea edita est sub eodem titulo, additis verbis *in Vormundschaft des Durchbl. Prinztzens Herrn Johann Wilhelms Herzogens zu Sachsen, Iena bey Job. Werthers Witwe, 1681. 4. plag. 2 ½.*

§. XXV.

Paternarum virtutum aemuli Serenissimi Duces Fratres WILHELMVS ERNESTVS et IOHANNES ERNESTVS, non recte vti fieri debebat obseruatam Parentis beatissimi *Ordinationem Politicam* renouandam censuerunt, egregiam sane et saluberrimam quae d. 22. Decembris a. 1706, in lucem emissâ, * et repetita mutatis quibusdam die 19. Iulii 1727. ** quam normam actionum subditis iterum praescipit Pater Patriae Serenissimus Dux ERNESTVS AVGVSTVS, singulari Mandato d. 6. Dec. 1729.

4. edi-

4. edito. Pertinet huc quoque eorundem *Ducum Fratrum: anderweit recidirt- und verbesserte Brau-Ordnung bey der Fürstlichen Residenz Weimar*, d. 29. Mart. 1684.4. Sub eodem regimine et condominio territoriali Serenisissimum Ducum WILHELMI ERNESTI, IOANNIS ERNESTI et ERNESTI AVGVSTI varia publicisque vtilitatibus multum proficua *Edicta et Mandata* *** fuerunt proposita, quorum recensionem instituti ratio libellique breuitas non permittit.

* publicis typis prodiit hac inscriptione: *Ordnung wie es hinführo in dem Fürstenthum Weimar und zugehörigen Landen wie auch der Hennebergischen Landes-Portion bey Verlöbnißsen, Hochzeiten, Kindtaufsen, Begräbnißsen, Handwercks-Zusammenkünften und Kirmsen, wie auch wegen einiger andern zum Policeywesen gehörigen nöthigen Punkten gehalten werden soll*, Weimar 1706. 4. 7½. plag.

** prodiit sub eod. titulo

qualem iam n.r. exhibuimus, Weimar 1727. 4. 9. plag.

*** Notabilia inter caetera sunt: *Fürstl. Sachsen-Weimarsche Verordnung, nach welcher man sich wegen der Almosen, sowol vor Einheimische als Fremde in Zukunft zu achten*, d. d. 2. Ian. 1691. f. 2. plag. Nec omittendum tutorio nomine publicatum: *Erneuertes Mandat und Ordnung wegen Abstellung etlicher in Bürgerlichen Stande bey der Fürstl. Residenz-Stadt Iena*
E
verbo-

verbotener Trachten und übermächter Kleiderhoffart, d. d. Weimar d. 18. Jul. 1726 4. 2. 25. Aug. 1687. druckts Dav. plag. atque cum primis communi Serenissimorum Saxoniae Ernestinae Ducum consensu contra Duella ac vindictam priuatam editum Mandatum, quod in Terris Vinariensibus publicatum d. d. 7. Febr. 1709. hoc titulo: *Des Fürstlichen Hauses Sachsen Ernestinischer Linie Duell-Mandat, Weimar 1709. f. 5. plag.*

§. XXVII.

Insignem commemorabilemque plane prudentiam legislatoriam adgnosunt omnes cum primis subditi, ac praedicabit posteritas in *Legibus ac Ordinationibus* Patris Patriae Serenissimi ERNESTI AVGVSTI Saxoniae Ducis *Vinariensis ac Isenacensis*, Domini nostri clementissimi, cui inter ceteras eminentissimas animi dotes diuina bonitas attribuit summe necessariam legislatori animos hominum latebrasque adfectuum cognoscendi, verique et iusti perspicientiam. Grati certe adgnosimus MARCI TVL-

LII CICERONIS Romanorum meloquentissimi ver-
bis * hunc nostrum moderatorem reipublicae bea-
tam civium vitam sibi proposuisse ut opibus fir-
ma, copiis locuples, gloria ampla, virtute hone-
sta sit. Huius enim operis maximi inter homi-
nes et optimi SERENISSIMUM DUCEM esse
perfectorem luculenter docent Leges *Ecclesia-
sticae* de cultu diuino religiosissime peragen-
do, ** consistoriales, *** variae saluberrimae; Man-
data repetita de abusu administrationis S. Coe-
nae priuatae d. annis 1731. et 32. scholasticae sa-
pientissimae et inuenti ad genuinum ingenio-
rum cultum capessendum proficuae, **** mili-
tares, venatorio-forestales, * criminales in primis
de furibus puniendis, Edicta de iustitia prom-
pte et sancte administranda, ** oeconomicae ***
et aduersus luxuriam, mendicos valentiores, zin-
garos et otiosos opificum seruos **** quorum
in vnum CORPVS ERNESTINO-AVGVSTEVN
collectionem, summo cum desiderio expe-
ctant omnes, aeternum sane SERENIS-
SIMI DVCIS memoriae monumentum.

* *Epistola XI. ad ATTICVM*
Libri VIII.

** edita *Ordinatio* sub hac
inscriptione: *Des Durchlauch-*
tigsten Fürsten und Hrn. H. Ernst
August Herzogens zu Sachsen
etc. Verordnung wegen künftiger
Einrichtung des öffentlichen
Gottesdienstes und wie es damit
sowol als in andern zum Kir-
chen-Staat gehörigen Sachen in
Dero Fürstenthum und Landen
allenthalben gehalten werden soll,
Weimar 1731. f. Compara
Mandatum de die Dominica
religiosius transigenda d. d. 8.
Ian. 1737.

*** *Hoch-Fürstliche Verord-*
nung wornach sich das Consisto-
rium in Iena zu achten, edita
Weimar 1745. f.

**** *Fürstliche Sachsen-Wei-*
marische Gymnasien- und Schul-
Ordnung Weimar a. 1733. f.

promulgata. Add. *Mandatum*
salutare de Examinibus Scho-
lasticis et Studiis Academicis
d. d. 17. Martii 1742.

* *Fürstlich Sachsen-Weima-*
risches Jagd- und Holz-Edict,
Weimar 1733. f. et alia d. d.
Weimar 21 Jul. 1729.

** *Vide Mandatum d. 18.*
Ian. 1738. de Furti poenis.

*** *Fürstliche Sachsen-Wei-*
marische Verordnung wornach
sich vors künftige in Pflanz-
und Erhaltung der Obst- und
wilden Bäume zu achten, Wei-
mar 1739. f. Adde Mandata
d. 7. Maii 1729. d. 25. Maii 1731.
aliaque salutaria magno nu-
mero promulgata.

**** *Fürstlich-Sachsen-Wei-*
marisches Mandat wegen der
Bettler, Ziegeuner und fechten-
den Handwercks-Pursche, Wei-
mar 1729. f.

§. XXVII.

IOANNES GEORGIVS Saxoniae Dux *Wil-*
helmi F. intrepidi animi princeps ex fraterna di-
uisio-

uisione per Recessum d. d. 25. Iulii a. 1672. §. XI. *Isenacensem* Principatum adeptus subditis suis variis *Ordinationibus* prospexit. Extant siquidem ipsius *Ordinatio sumtuaria*; * de cautionibus in pestilentibus morbis adhibenda, ** *Venatorio-Forestalis*, *** *Tutelarum*, † de *cura pauperum*, redemptione captiuorum, in-
 stauratione templorum, †† aliaque,

- * prodit sub titulo: *Des Durchl. Fürsten und Herrn H. Johann Georgens Herzogens zu Sachsen erneuerte Ordnung, wie es hinführo in Sr. Fürstl. Durchl. Fürstenthum Eisenach sowol auch in Dero Thüringischen Aemtern und Vogteyen auf Verlöbnißen, Hochzeiten, Kindtauffen, Begräbnißen etc. gehalten werden soll, Gotha gedruckt bey Christoph Reyhern 1678. 4. 3 1/2 pl.*
- ** *Des Durchl. F. u. H. H. Johann Georgen H. zu Sachsen Verordnung wie es in Dero Fürstenthum und Landen bey itzigen gefährlichen Sterbens-Läufften etc. zu halten, Eisenach 1680. 4. plag. 9. successeit Taxa Medicamentorum, Ienae 1681. 4. plag. 11.*
- *** *Forst- und Wald- item Jagt- und Weidewerks-Ordnung, d. d. 22. Febr 1683. addito singulari Mandato, Eisenach gedruckt durch Ioh. Dav. Kolb 1683. 4. 10. plag.*
- † *Vormundschafts-Ordnung d. d. 11. Aug. 1686. 4. 2 1/2 plag.*
- †† *Fürstl. Sächsische Ordnung huius argumenti d. d. 1. 1676. typis impressa Gothae 1676. f. 2. plag.*

§. XXVIII.

IOANNES WILHELMVS *Ioann. Georgii I.*
 Filius grauem curam suscepit emendandi *Pro-*
cessus iudiciarii, vehementerque sollicitus fuit
 de administranda caste et incorrupte iustitia prae-
 sciendisque litium ambagibus, cuius luculen-
 ta argumenta extant in *Ordinationibus Processus*
et Executionis, * atque de *Aduocatorum officii*; **
 Mandato de *cura Pauperum* et aduersus ho-
 munciones maleferiatos, cingaros d. 28. Iun. 1719.
 fures. *** In terris Principatus *Ifenacensis*, * ac *Ie-*
nenfis *Ordinationes* luxum coercentes editae. **
Oeconomiae et sanitati subditorum subsidia adfe-
 runt annotatae in margine *Ordinationes*.

* hanc d. 6. Febr. 1702. *Iena* 1702. 4. 1. Alphabet
 promulgauit, quae typis im- 9. plag.
 pressa inscribitur: *Gerichts-*
Process- und Executions-Ord-
nung des Durchl. Fürsten und
Herrn H. Johann Wilhelms H.
S. etc. nebst einer Anweisung
wie in peinlichen Fällen zu ver-
fabren ingleichen der reuidirten
Tax - Ordnung, Eisenach und

** editum *Reglement* wor-
 nach sich die vor denen *Aem-*
 tern und *Gerichten der Fürstl.*
Sächsischen Ienaischen Landes-
Portion practicirende Aduocaten
 geborsamst zu achten d. d. 23.
 Aug. 1726. *Eisenach* 4. plag. 3.

*** Fürstl, Sachsen-Eisenachi-
 sches

liches Mandat wegen der innländischen und ausländischen Armen, auch Vertreibung des Herrenlosen Gesindes, Ziegenner und Diebs - Rotten, Eisenach 1719. f. 4. plag.

* hoc indice: Fürstl. Sachsische Mehlwagen - Ordnung in der Fürstl. Residenz-Stadt Eisenach d. d. 9. Febr. 1700 4. edita plag. 2. et Fürstl. Sachsen-Eisenachische revidirte und verbesserte Ordnung, welche hinführo die Medici, Apotbecker, Barbierer, Bader, Hebammen, Oculisten, Stein- und Bruchschneider, Materialisten, Würz - Krämer und andere angehörige im Fürstenthum Eisenach zu beobachten haben, addita Taxa medi-

camentorum, Eisenach 1701. 4. pl. 11. Des Durchl. F. und H. H. Iohann Wilhelms H. zu S. erneuerte Ordnung wie es hinfort im Fürstenthum Eisenach und dazu gehörigen Landen bey Verlöbnißsen, Kindtauffen etc. gehalten werden soll, d. d. Eisenach 12. Augusti 1704. Eisenach bey Michael Urban 4. plag. 4.

** sub titulo: Iohanni Wilhelms H. z. S. erneuerte Verordnung wie es hinführo in der Ienaischen Landes - Portion bey Verlöbnißsen, Hochzeiten etc. gehalten werden soll, d. d. 19. Febr. 1716. Iena bey Ioh. Dav. Werther 4. plag. 7.

§ XXIX.

BERNHARDVS Dux *Wilhelmi F.* (§. XXVIII.) ex fraterna diuisione *Ienense Territorium* accepit, publicatisque legibus nomen posteritati commendauit. Edidit enim *Ordinationes vestiariam; Venatorio - Forestalem; *** atque *Executionum iudicialium**** peragendarum.

* Sub

* sub tit. *Des Durchl. Fürsten und Herrn, Herrn Bernbards H. z. S. Inlich, Clev und Bergen etc. Mandat und Ordnung wegen Abstellung etlicher im Bürgerlichen Stande, bey Fürstl. Residenz-Stadt Iena verbotener Trachten und übermachter Kleider-Hoffart*, d. 12. Maii 1673. 4. Iena bey Iob. Werthern 4. pl.

** *Des Durchl. Fürsten und Herrn H. Bernbards H. z. S. etc. Forst- oder Wald- item Jagt- und Weidewerks-Ordnung, wie es in S. F. Durchl. Fürstenthum*

*Iena Forsten und Wälden hin-
fübro gehalten werden soll*, d. 1. Iun. 1674. *Iena in der Wertherischen Druckerey* 1674. 4. 7. plag.

*** tit. praefigitur: *Unter-
richt, welchergestalt hinfübro
in denen Aemtern der Fürstl.
Ienischen Lands - Portion die
Beamten mit Vollstreckung der
anbefohlenen, oder auch durch
Urtheil und Recht zuerkanten
Hülff etc. präcise verfabren sol-
len*, Iebna gedr. bey Iobann Wer-
thern 1675. 4. 2. pl.

APPENDIX I.

DE ORDINATIONIBVS IVDICII CVRIAE PROVINCIALIS SA- XONIAE ERNESTINAE.

§. XXX.

Inter *Ordinationes*, quae de iustitia sancte reli-
gioseque administranda a Serenissimis Ducibus Saxoniae vtriusque Prosapiae editae sunt, laudari quoque merentur eae, quibus constitutio
Iudi-

Iudiciorum Curiarum Prouincialium (der Hof-Gerichte,) processusque in iis obseruandi ratio describitur.

§. XXXI.

Administratio iustitiae in terris Serenissimae Saxonicae Genti subiectis distributa quondam in *Mallis Comitum et Iudiciis Prouincialibus*, (*denen Land-Gerichten.*) Haec inter non omittendae *Quatuor Sedes Iudiciales*, siue *Iudicia Thuringiae Prouincialia*, quae si *Legendae S. Bonifacii* fides constaret a Carolo M. fuerunt instituta. * Notum porro est celeberrimum illud *Mittelbusanum*, ** commemorabilia *Hennebergicum Wasungae*, *** et quae *Eccardisbergae*, *Dornburgi* **** fuerunt celebrata. Inde ex voluntate Serenissimorum Ducum Iudicum supremorum iuris dicundi potestas in *Aulas* reducta atque *Regiminum* illustrissimis Collegiis, et ex parte *Curii Prouincialibus* aliisque attributa fuit.

* De quibus conferri possunt quae in *Legenda S. Bonifacii* extant, quam cum Notis edidit WILHELMVS ERNESTVS

STVS TENZELIYS *Supplemento Historiae Gothanae Sagittarii secundo* p. 343. 371. seqq.

** quod testimonio chartarum antiquarum et librorum chronicorum nominatur: *das höchste Geding, des Landgraven Dingstuhl, summum provinciale iudicium; vulgare Placitum in Mittelbusen.*

*** vide CYRIACI SPAN-
GENBERGII *Henneberg. Chronick* L. V. c. V. p. 179. TEN-
ZELII *Historiae Gothanae Supplement.* p. 648.

**** huius Iudicii *Prouincialis* in chartulariis variae extant *Sententiarum* formulae.

§. XXXII.

Iudiciorum Curialium Prouinciarum Saxoniarum eximium ordinem ipse *Ferdinandus I* Aug. adgnouit, * eundemque publicatae *Ordinationes* aperte loquuntur. *Prima*, quam nouimus *Iudicii Curiae Prouincialis Ordinatio*, omni *Saxoniae*, quae Electoribus Ducibusque vtriusque ERNESTINAE AC ALBERTINAE propaginis tum parebat, communis fuit, ea est, quae iussu *FridERICI* Sapientis, *Iohannisque* fratris, ac *Georgii* ex mandato fortissimi Parentis *Alberti* tum regimen tenentis, annos inter 1490. et 1500. composita videtur, modumque ac rationem Iudicii huius *Altenburgi* et *Lipsiae* exercendi, praescribit. **

* in

* in PRIVILEGIO *de non appellando* a. 1559. Electori Ducibusque Saxoniae concessio apud I. C. LVNIGIVM *Reichs-Archiv* Partis Specialis Continuat. Secunda p. 310.

** lucem vidit cura claris-

fimorum virorum CHRISTIANI SCHOETTGENI et GEORGII CHRISTOPHORI KREYSIGII in *Diplomatischer und curiöser Nachlese der Historie von Ober-Sachsen und angrenzender Länder*, P. I. p. 18.

§. XXXIII.

In *Electoratu Saxonico* (in der *Landschaft der Chur zu Sachsen*) * singulare Iudicium Curiae *Vitembergae* floret cuius *Ordinatio* a legistore *Ioanne* Electore, manu sigilloque munita *Torgaviae* die *Luciae* 1525. nunquam typis fuit exscripta, sed manu tantum exarata extat.** Illam autem ad verbum conuenire cum ea *Ordinatione* quam post sub titulo: *Ordnung des Churfürstlichen Sächsischen Hofgerichts zu Wittemberg gedruckt durch Hans Luft* 1550. 4. publicauit *Mauritius* nouus Elector Saxoniae, constat.

* ita hanc prouinciam adpellat *Mauritius* Elector in excitato iam *Ordinationis* praefamine.

** Ex testimonio *Iudicis* et

Adessorum Curiae Prouincialis Electoralis *Wittebergensis*. Vide eorum litteras ad Serenissimum Ducem Saxo-Altenburgensem d. 9. Ianuarii 1665.

F 2

scri

scriptas, in *Rechts- und War-* Zeiten *beständig und unverrückt*
beits gründlicher Assertion gewöhnlich *hergebracht und*
und Fürstellung der in dem exercirten *Landfesserey, contra*
beehtflablichen Chur- und Fürst- *Waldeccios* eo tempore
lichen Hauße Sachsen und dessel- Tonnae *Dynastas, 1665. 4.*
ben Landen von undencklichen edita, *Beylagen Lit. I. p. 272.*

§. XXXIII.

Turbata ac dissipata per Bellum Smalkal-
do Germanicum a. 1547. Curia Prouinciali
communi vtriusque Saxoniae Ducum, quae,
vt §. XXXIII. relatum fuit *Altenburgi* et
Lipsiae instituta erat, in territoriis Saxoniae
Ernestinae Ducum per XIX. fere annos exer-
citiū iurisdictionis *Curiae Prouincialis* suspen-
sum mansit. Quamuis enim in Statuum *Salfeldiae*
a. 1551. congregatorum Comitii spes de reno-
uanda alibique iustituenda *Curia* Ordinibus fa-
cta fuerit, anno tamen 1566. demum a *Iohanne*
Friderico medio et *Iohanne Wilhelmo* fratribus
Saxoniae Ducibus, impleta est, quo, die Lunae
post Laetare *Ordinatio* * publicabatur.

* typis haec *Ordinatio* ex *Durebl. Hochgebornen Fürsten*
pressa in forma patente maxi- *und Herren, H. Iobans Fride-*
ma, sub inscriptione: *Der richen des Müttlern, und Herren,*
Iobans

Iobans Wilhelmen Gebrüdere lenthallen gehalten werden solle, Hertzogen zu Sachsen etc. Neue Hofgerichts - Ordnung so Ierlich zu vier unterschiedenen Zeiten, in Irer F. G. Stad Iebna besetzt, und wie es darinnen al- *lenthallen gehalten werden solle, Anno M D LXVI. aufgerickt, Eodem anno, sub indicato iam titulo quoque prodiit gedruckt zu Iebna durch Donatum Rich-tzenbavn Anno 1556. 4. 5. plag.*

§. XXXV.

Secuta anno 1653. post multas delibera-
tiones * inter vtriusque *Vinariensis* et *Alten-*
burgensis Profapiae Serenissimos Duces ad Or-
dinum Prouincialium preces *renouata Ordina-*
tio, ** quam regulam et normam illustris huius
Curiae omnes hodie adgnosunt.

* vide *Recessum Vinariensis Fürstlichen Sächsschen gemeinen Hof-Gerichts zu Iebna erneuer-*
sem d.d. 16. Sept. a. 1641. §. 35. et *Puncta Eisenbergensia te und verbesserte Ordnung im*
d.d. 11. Octobr. 1648. §. 8. *labr Christi 1653. gedruckt zu*

** edita sub titulo: *Des Iebna bey Iobanne Nisio 4.*

§. XXXVI.

In *Coburgensi* Ducatu minorennium tum
Saxoniae Ducum *Iobannis Casimiri* et *Iobannis*
Ernesti, Serenissimorum Tutorum Electorum
Palatini et Saxonis, Marggrauique Branden-

burgici auspiciis et auctoritate die 8. Sept. 1581. *Iudicii Curiae Prouincialis Ordinatio* * publicata. Postquam autem iidem Fratres facta terrarum diuisione, communioni cum adgnatis inter alia, quod ad *Curiam Prouincialem Iennensem*, vi *Recessus Erfurtenfis* d. d. 6. Nouembris 1572. renunciaissent, nouam *Curiam Prouincialem* constituendam censuerunt, cuius *Ordinatio* ** d. 22. Maii 1598. vtriusque manu et sigillis firmata fuit.

* Quae typis impressa *Ibena* durch Donat Richtzenban Anno 1581. 4. plag. 5 $\frac{1}{2}$. conf. G. P. HOENN *Sachsen - Coburgische Historia* L. II. p. 201.

** prodit hoc elogio: Der Durchl. Hochgebornen Fürsten und Herren, Herrn Iohann Casimirn, vnd Herrn Iohann Ernsten Gebrüdere Hertzogen zu

Sachsen etc. Hofgerichts - Ordnung, welchergestalt dasselbe iährlich zu vier unterschiedenen Zeiten zu Coburg gehalten, und darinnen allenthalben verfabren werden soll Anno MD XCVIII aufgerichtet, gedruckt zu Coburgk in der Fürstlichen Druckerey 4. plag. 9.

APPENDICVLA II.

§. XXXVII.

Quum *Principatibus Vinariensi* et *Iennacensi* iuncta sit pars *Principalis Comitatus Henne-*

Hennebergici non omittendam esse censuimus commemorabilem sane *Ordinationem prouincialem*, * quae iussu et legislatoria auctoritate *Wilhelmi* Comitis et Domini, ex iure prouinciali, (*Landrecht*) ac consuetudinibus studio et opera IOANNIS GEMMELII Iurium Doctoris et Cancellarii collecta, plena omnino singularium Iuris Germanici, momentorum. Corroborata est legislatoris sigillo die festo circumcisionis dominicae 1539.

* typis expressa hoc rubro: *Lands-Ordnung der Fürstlichen Grafschaft Henneberg* f. sine loci et temporis mentione, in fronte et sine ligno incisa comparent Insignia *Hennebergica*. Seruat supellex libraria Dn. PRAESIDIS Codicem huius *Ordinationis* manu exaratum, qui ex formis ex-


cuso exemplo descriptus esse videtur. Recusa ob insignem raritatem *Meiningen* per Nicolaum Hassert typographum aulicum 1720. 4. 1. Alph. 14. plag. additis binis rescriptis declaratoriis Sereniss. Ducum *Bernhardi* et *Mauritii Wilhelmi*.

SE-

SECTIO SECVNDA.

OBSERVATIONES QVASDAM IV-
RIDICAS IN LECTIONE ORDINA-
TIONVM SAXONICARVM SVB-
NATAS EXHIBENS.

§. I.

rdinationes Politiae et Iustitiae in territo-
riis Germaniae sunt Leges provinciales a
Dominis Territoriorum boni ordinis ser-
uandi, iustitiae administrandae et salutis publicae
promouendae causa latae aut permissae.

I.) *Politicarum Ordinationum* argumenta et
praecipuos locos eruditus Gallus Dn. le BRET
libro de la *Souveraineté du Roi* Libro IV. c. 15.
apte enumeravit: *ſ' appelle la Police les Loix
et les Ordonnances, que l'on a de tous les tems
publiées dans les etats bien ordonnez pour regler
l'oconomie des vivres, retrancher les abus
et les monopoles du commerce et des arts,
empêcher la corruption des moeurs, retrancher
le luxe et bannir des Villes les Jeux il-
lici-*

licitas : ce qui a merité ce nom particulier de Police, d'autant qu'il seroit impossible qu'aucune cité put long tems subsister, si ces choses y etoient negligées, quem locum debemus cultissimae Dissertationi nobilissimi VRBANI LEVINI GABRIELIS LVEDECKE, sub Praesidio illustris Viri GEORGII HENRICI AYRERI, Goettingae 1746. habitae, cuius inscriptio est: Sacri R. I. Princeps Politiam circa commercia et studia civium suorum rite adornans, Sect. I. §. II. vbi et eleganter suppleantur quae in descriptione du Bretiaua desiderari forte possent, hisce verbis : Politiae nomine comprehendendi quidquid ad bonum ordinem, salubritatem, securitatem, tranquillitatem, utilitatem, decorem, commoditatem iucunditatemue publicam pertinet, floremque tum commerciorum, tum artium, tum etiam opificiorum promouet atque omnium rerum vsibus vitae humanae inseruientium adfluentiam procurat.

2.) *Iustitiae Ordinationes sistunt constitutionem et rationem Iudiciorum in Prouincia, describunt personarum iudicia constituentium*

G

vir-

virtutes et officia eorumque iuramenta, de modo Processus huiusque solennibus et quo pacto lites sint minuendae atque his similia, praecipiunt. Conferri vtiliter potest egregius plane liber perillustri Viri DAVIDIS GEORGII STRVBII editus sub indice: *Gründlicher Unterricht von Regierungs- und Justiz-Sachen, worinn untersucht wird: welche Geschäfte ihrer Natur und Eigenschaft nach vor die Regierungs- oder Justiz-Collegia gehören, Hildesheim 1733. 4.*

§. II.

Serenissimorum Saxoniae Ducum Leges ferendi et pro salute subditorum *Ordinationes* condendi eminens potestas origines suas repetit ex Ducali Saxonum dignitate, * Landgraviatus *Thuringiae* insignis Germaniae Principatus aliisque per pacta delatis et litteris Inuestiturarum confirmatis territoriis inhaerentibus iuribus, quam in omnibus terris suis, in quibus vniuersae *Landesstatu* obtinet, circa sacra et profana exercent.

* expende verba decreti *Maximiliani I. Imp. Saluatorii*, quod §. V. Sect. I. inferrum.

Adde B. BVRCARD. GOTTHELF STRVVIVM *Iuris publici prudentiae* Cap. XXVI. §. XL.

§. III.

§. III.

Ex antiquissimae *Autonomiae Saxonicae* constanti assertione, quam *Sectionis Primae §. II. usque VII.* probauimus, cum Potentissimo *Saxoniae* Electore Serenissimis *Ducibus* facultas competit, vt providere possint, ne aduersa iuribus consuetudinibusque Saxonis vlla legislatio in Imperio fiat.

1.) Nec *Pontifici Romano*, cui medio aevo tenebricosisque temporibus infinita fere potestas attributa, cuique diuinis Legibus aduersa statuendi potestatem adscripsere assentatores, id auctoritatis attribuerunt *Saxones* iurium suorum tenacissimi, vt suis decretalibus epistolis bullisque ea immutaret. EIKE etenim de REFGOW nobilis Saxo, diligensque consuetudinum patriarum collector intrepide asserit *Landrechts* Libro I. Art. III. vbi: *Io doch ne mach de Paves nyn Recht setten dar be vnse Landrecht eder Leenrecht mede ergere eder krencke.*

2.) Imperatores nostri et Reges expressas Serenissimis *Saxoniae* Electoribus ac *Ducibus*

declarationes dederunt, suas Imperiique Leges, consuetudinibus ac iuribus *Saxonicis* nil detrimenti allaturas, vti ex §. VI. patet.

§. III.

Leges hae ac *Ordinationes Saxoniae Ducum Politiae et Iustitiae* ordinandae ac promouendae causa latae luculenta prudentissimae legumlationis exempla praebent. Enimvero post emendatam in Saxonia religionem, instauratas per Academias Saxonicas solidiores, morum maxime doctrinas, ex legum diuinarum, naturalium, *Ordinationum politicarum Imperii* vniuersalium 2) limpidissimis fontibus deductae, atque ad promouendam salutem felicitatemque subiectorum scite comparatae. Vitiis etenim mortalium, quae publicam honestatem et quietem turbant sapienter hisce *Ordinationibus* obex positus. Exinde inter alia clarissime constat quantos fructus emendatio sacrorum et diuini verbi recta interpretatio Saxonice Germanicisque terris attulerit.

1.) Euoluat pius et cordatus lector *Joannis*
Con-

Constantis, Electoris, laudatas §. XV. Sect. I. n. 2. *Ordinationem et Adbortationem*; Nec non *Ordinationis Prouincialis* trium Fratrum *Ducum Saxoniae* §. XX. n. 1. recensitae Titulos, primum *von Gotslesterunge*; secundum *von Verachtung Gottes Worts*; tertium *vom Zutrincken*; quartum *von Hurerey und Ebebruch*; quintum *Schampere Wort*; septimum *vom Wucher*, et luculenta pietatis exempla perspiciet.

2.) Ad hasce subinde prouocant nostri Legislatores Saxones e. gr. *Johannes Fridericus* Elector in der *Lands-Ordnung* d. a. 1546. ad Consultationes comitiales *Wormatienses*, doletque eas ad effectum non fuisse perductas; *Filii* Electoris Duces in sua *Ordinatione Prouinciali* d. a. 1556. *Reformationem Augustanam* anni 1548. laudant.

§. V.

Ordinationes hae Prouinciales ex legislatoria Domini Territorialis potestate conditae veteri more, antequam earum promulgatio fieret, *quandoque Ordinibus prouincialibus* fuerunt communica-

nicatae horumque consilium exquisitum, (*unterthänigstes Gutachten*) 1) idque ea maxime de caussa quia *Ordines* de necessitatibus reipublicae conditioneque subditorum edocti varia submisisse adferre possunt, quae et vigilantissimis regnatoribus ac consiliariis tanquam morbi occulti, haut plane sunt cognita.

1.) vide *Policey- und Lands-Ordn. Friderici Wilhelmi et Johannis Ducum Saxoniae d. a. 1589. Praefatione.*

§. VI.

Sane inter fundamentales quasi et praecipuas Leges Prouinciarum singularium Regni Germaniae omnino referendae sunt *Ordinationes Politiae ac Iustitiae*, atque post diuiniore doctrinae conseruationem, iisdem, si curate obseruentur, salus publica, quae et Principis salus est, continetur.

1.) Legendae omnino hic praefationes ipsarum *Ordinationum. Fridericus Wilhelmus Dux Saxoniae Altenburgensis in Ordinationis Venatorio-Forestalis an. 1653. 4. publicatae praefatione adgnoscat als das Fundament einer löblichen Landes-Regierung, welche der göttlichen*

chen Maiestät zu E布伦 und zu getreuer Vn-
terthanen und männiglichs Wohlfahrt und Nuz-
gereichen. Ipsi tamen optimi sapientissimique
Legislatores maiorum suorum suasque Consti-
tutiones renouantes saepe conqueruntur male
easdem obseruari.

§. VII.

Ex singularibus *Ordinationum Politicarum*
ac *Iustitiae Saxoniae Ernestinae* annotabimus
quaedam commemorabilia momenta. *Praecla-*
torum, nempe, *Comitum*, *Dynastarum* Prouin-
ciarum *Saxonicarum* inter alia argumenta exinde
Landfassung comprobari potest. Inter ceteros
etenim subditos, quibus praescriptae hae Leges,
a Dominis Territorialibus Praelati, Comites ac
Dynastae numerantur, addita commemoratione,
eosdem in *Comitiis Prouincialibus* comparuisse
atque haece leges submissè expetiisse. Antiquis-
sima, quam habemus *Ordinatio Prouincialis*
Thuringica WILHELMI Ducis ac Landgrauii,
Sect. I. §. XI. laudata, luculentum praebet testi-
monium. Dubium equidem excitare posset for-
mula huius Ordinationis, ex qua rerum Germani-
carum

carum ac Thuringicarum non satis periti forte obicere possent, horum concursum fuisse saltem foederalem, sed hos scrupulos solide sustulit vir in rebus et iuribus Saxonis versatissimus IOA. IACOBVS MÜLLERVS. * In *Ordinatione Fratrum Ducum Saxoniae filiorum Iohannis FridERICI* Electoris, de qua Sect. I. §. XX. expressa fit mentio *derer Prälaten Graven und Herrn* etc. eosdemque in *Comitiis Saalfeldensibus* a. 1553. prece et obsecratione vsos contendisse, vti talem *Ordinationem* ederet piissimus legislator idemque Dominus territorialis. Quae *Praelatorum, Comitum, Dynastarum* mentio et in reliquis Constitutionibus frequentissime occurrit. Notabilis est et ad confirmandum *Landassiatum* adprime facere videtur dispositio laudatae *Ordinationis* anni 1556. *Tit. I. von Gotteslesterunge vbi: würden auch unsere GRAVEN, HERRN, Ritterschaft oder andere die Ober-Gerichte haben umbgeschencks, gabe oder Gunst willen dieienigen so angegeben oder befunden das Gott von inen gelestert wie obberürt, nicht straffen, sondern solches wissentlich unterdrucken und verbergen,*

ODER

ODER DIE LÄSTERUNGE SELBST THUN,
GEGEN DEM ODER DENSELBN *wollen wir*
ALS DIE LANDES - FÜRSTEN *nach Gelegen-*
heit selbst GEBÜRLICHE STRAFF FÜR-
WENDEN.

* *Reichs - Tags - Theatri sub Maximiliano I. III. Vorstell. cap.*
XXVIII. §. 3. p. 96.

§. VIII.

Inter fructus effectusque salutare repurga-
tae in *Saxonia* auspiciis Electorum Ducumque
Saxoniae, christianae doctrinae, vindicatumque
Ius Principum secularium *circa Sacra* referri me-
retur Serenissimos Duces *Fratres in Ordinatione*
Prouinciali anni 1556. et seqq. Tit. XCII. cuius
inscriptio: *Aufsehen auf die Kirchen-Diener und*
ire Lere, non solum *Superintendentibus*, siue
Episcopis Euangelicis, sed etiam secularibus Ma-
gistratibus *custodiam doctrinae* atque inspectio-
nem in *vitam moresque Cleri* demandasse, hisce
verbis: *Wir wollen auch, dass die Superadenden-*
ten in vnserm Lande, auf die Pfarrherr und Kir-
chen-Diener vleissige achtung geben sollen, und
do sie an eines oder mehr Lehr oder Leben man-

H

gel

gel befinden, welchen sie selbst nicht abwenden könnten, uns dasselbe in der Zeit berichten. GLEICHERGESTALT sollen unsere Amptleute, die von der Ritterschaft, Schösser, Schultheissen, Kastner und Rethbe der Stedte, auch thun, uff das KEINE FALSCHERE LERE EINREISSEN, auch der Priester ergerliches Leben dem Pfarr-Kindern zum bestem (bösem) Exempel nich gedultet werden. Eo autem tempore nondum fundatum erat auctoritate Principum in terris Ducalibus *Consistorium Ecclesiasticum*. Enimvero die *Ordnung des Fürstlichen Consistorii* demum *Vinariae* die *Kilianii* anni 1561. publicata et in 4. eodem anno typis impressa.

1.) Obseruandum hoc loco hanc dispositionem in omnibus *Ordinationis Prouincialis* editionibus etiam in ea, quae per *Fridericum Wilhelmum* et *Iohannem* Duces Fratres aucta, a. 1589. 4. prodiit, reperiri, in illa autem laudatorum Principum quae *Altenburgi* 1671. 4. edita fuit, esse omissam.

§. IX.

Quod ad rem *militarem* attinet, in *Ordinatio-*

tionibus Prouincialibus annorum 1556. et 1589. remissio quaedam rigoris Iuris antiqui Germanici obseruatur. Mutato etenim hominum priorum et rusticorum in Prouinciis Regni Germaniae statu, rusticis *Armorum* custodia, et quando euocati, vsus permissus, vt ex Titulis *XL.* et *XLV.* qui inscripti: *Der Bawer Harnisch vnd Wehren*, patet. *Iure* autem veteri *Germanico* seruis ac rusticis omnis armorum portatio prohibita, vt pote militae haut capacibus. CAPITVLARIVM *Regum Francorum** expressa lex est: *Vt Serui lanceas non portent, qui inuentus fuerit post bannum (forte Bandum) hasta frangatur in dorso eius.* FRIDERICVS quoque I. Imp. *Constitutione de Pace tenenda et eius violatoribus*, quae inserta est textui 2. F. XXVII. sanxit: *Si quis Rusticus ARMA vel LANCEAM porterit vel GLADIVM Iudex in cuius potestate reperitus fuerit, vel arma tollat, vel viginti solidos pro ipso recipiat a Rustico.* Rusticos autem, siue homines proprios veteris et medii aevi, tanquam *Seruos* a militia exclusos docuerunt doctissimi Viri qui de *Hominibus propriis Germanorum*

egregios libellos ediderunt, quibus adiungendus V. C. BERN. CLEM. METTINGH, ** qui tamen ipse obseruauit, recentiori aeuo rusticos armatos bellicisque feruitiis adhibitos, id quod hifce in regionibus Bohemiae Regno vicinioribus ob irruptiones *Huffitarum* forte factum. Legislatores nostri de *armatura Rusticorum* sic mentem suam titulis iam excitatis declararunt: *Damit auch die Harnisch, Spies und andere Webren so den Dorfschaften zu der Land-Folge aufgelegt und der Gemeine jedes Orts zustendig nicht verderben So sollen dieselbigen an einem gemeinen Ort verwarlich beygelegt, und durch die Richter, Schultheissen und Heimbürgen jedes Orts zu warten und zu wischen im iar einmal aus gemeinem Beutel verordnet werden. Welches Richter, Schultheissen und Heimbürgen das nicht thun, sollen von Amptleuten, Schößern und Gerichtsherrn so oft es geschicht umb fünf Gulden gestraft werden, was aber ein jeder Bawer vor eigenen Harnisch oder Webren bat, die wird er in seinem eigen Haus zu vorwaren und rein zu halten wissen.* Nostro tempore plerique Principes

cipes Germaniae perpetuum exercitatumque militem alentes Rusticorum armaturam propriam prohibuerunt, quum quandoque iis instructi vel ad latrocinia vel furtum ferarum iisdem abusi fuerint. In quibusdam tamen prouinciis selecti ex agrariis hominibus armis exercentur, adhibita circa custodiam eorum omni cautione.

* *Libro V. C. CCXLVII.* et 168. 280. 428. 577. add. insignium meritorum vir LV-
Libro VI. C. CCLXXI. Editio-
nis Baluziana. DOVICVS ANTONIVS MV-

** pererudito libro, cui RATORIVS *Antiquitatum I-*
titulus: *Status Militiae Germa-*
norum principalis et accesso-
riae veteris et medii aevi, p. et Diff. XVI. p. 445. 446.

§. X.

Ex laudatarum *Ordinationum* Titulis XXVIII. et XXXIII. quorum inscriptio: *in Bereitschaft zu sitzen* discimus, Vasallos nobiles ac ingenuos armis equisque paratos esse debere, vt Domino directo vocanti tempestiue adsistant. Praeuiam tamen interpellatio* et admonitio secundum Leges consuetudinesque Feudales requiritur, nisi Vasallus sciuerit dominum in magno periculo esse, tunc enim vltro ei in adiutorium venire debet.**

* tales multae extant inter *prudentialis Feudalis cap. XVI. Saxoniae Ducum Mandata.* §. XII.

* B. B. G. STRVVIVS *Iuris.*

§. XI.

Inter veteris *Iuris Germanici* reliquias, quae in *Ordinationibus Saxonis* occurrunt obseruabit *Tit. VI.* curiosus lector necessariam quasi homicidae accusationem a propinquis suscipiendam. His enim paupertatis excusationem allegantibus iuramentum imponitur hisce verbis: *Den unser Gemüt ist nicht dass solche Theter sollen vergeleitet werden, ungeacht dass des Entleibten FREVNDTSCHAFT aus Armut und unermügen (welches sie do es nicht wissentlich und kundtbar mit irem Eide betewren sollen,) NICHT KLAGEN WOLTEN.* De necessitate accusationis homicidarum luculentum testem habemus *CORNELIVM TACITVM* * qui commemorat: *suscipere imicitias seu patris seu propinqui quam amicitias necesse est. Nec implacabiles durant. Luitur homicidium certo armentorum et pecorum numero recipitque satisfactionem vniuersa domus, utiliter in publicum, quia periculosiores sunt inimi-*

*micitiae iuxta libertatem. Adde Cap. XII. vbi Pars multae Regi, vel civitati, pars ipsi qui vindicatur, vel propinquis eius exoluitur. Confer ad hos locos IVSTVM CHRISTOPHORVM DITHMARVM in Notis ad TACITI Germaniam p. 130. seq. et p. 78. vbi cum iure Hebraeorum et Romanorum conuenientiam ostendit atque origines Wedrigildi siue Weregildi Germano-Saxonici inde deriuat. Apposite accomodateque scripsit B. IO. WILHELMVS HOFFMANNVS: ** Persecutio vero incumbabat olim liberis proximisque adgnatis, quos si quid in ea neglexerint, pressò pede contentus aliorum et grauis exiſtimationis laesio sequebatur, quod exemplis erudite illustrat. Ordinem vindicum necis accusatorum indicant Vetusſtae Leges Goslarienses apud LEIBNITIVM Script. Rer. Brunſu. T. III. p. 498. Conferri potest memorabilis Casus in kurzer vorläuffiger Anzeige was es mit denen Territorial-Gerechtsamen des Chur-Hauses Sachsen in denen von der Cron Böhmen zu Lehn gebenden Herrschaften Glaucha, Waldenburg und Lichtenstein vor Bewandniſs habe,*
 quae

quae prodiit 1723. *Beylagen* N. CIII. vbi in Citationem Commissariorum Electoralium: *weil dieselben vor dessen sich zur Vindication anerbotten, auch vermöge derer Rechte dazu verbunden.*

* de moribus Germanorum *tiae Symbolicae veterum Germanorum* §. XXIX.
c. XXI.

** in *Specimine Iurispruden-*

§ XII.

Aduersus *contractus usurarios* singularem Serenissimae Domus *Saxonicae* Constitutionem extare *Titulus VII. Ordinationis* anni 1556 inscriptus: *Vom Wucher*, nos conducet, qui doctrinas Iuris Canonico-Pontificii sapit cuius architecti iuris huius doctores in Aula fuere: * Prohibet enim *Ordinatio* hoc titulo: *von geliebenem Gelde etwas zu nehmen, weil dasselbe der heiligen Schrift, auch den Rechten und gemelten Constitutionen zuwieder ist, gantzlich abgeschafft und verboten haben.* Celsissimi autem successores *Friedericus Wilhelmus* et *Iohannes* in renouata anno 1589. *Ordinatione Usuras moderatas*, quae communem vtilitatem commerciorumque florem promouent, prudenter adprobarunt, alias
ta-

tamen ingeniosae auaritiae technas feuere prohibuerunt.

* Conf. consultissimi Dn. D. mentatio docta de *Censu constitutio seu mutuo palliato. sect. I.*
IO. IACOBI SORBERI Com-

§. XII.

Placuit quoque Serenissimis quibusdam Saxoniae Legislatoribus ad fidem publicam conseruandam veterem Germanorum morem * quo debitor in seruitutem creditoris sui addicebatur ad tempus usque solutionis plene factae, adprobare. In prima enim *Ordinatione Curiae Prouincialis communis Saxonicae* (de qua §. XXXII. Sect. I.) haec legitur dispositio: *Vnnd welcher auch vorlustig, vnnnd das szo der Wydderteyll an öm erlangeth nicht bezcalen adder entrichten mochte Soll ym derselbige Inbalt landlemftiger Sechsigster Rechte vff sein anruffen mit der hant vbergeantworth, den er denn in seiner behamsung vnnnd bevarsam halten vnnnd öm mit zcymlicher Nottorft versorgen soll.*

* de quo pererudita extat a V. C. Dn. WILHELMO ERNE-
Difertatio sub Praefidio ill. STO SONNESCHMIDIO, a. 1746.
Viri IO. RVDOLPHI ENGAVII proposita §. XXII.

I

§. XIV.

§. XIV.

Multarum in potulentis et esculentis quon-
dam ob raritatem pecuniae facta pensio in an-
tiquis Legibus frequens occurrit. Prioris men-
tionem aliquam facit *Tit. LIV.* cuius rubrum:
Gemeine Biere, in quo disponitur neminem co-
gendum zu dem vertrincken der Pfande. In
Ordinatione Prouinciali Ernesti Electoris et *Al-*
berti Ducis Saxoniae an. 1482. prudenter tem-
peratur hic inueteratus mos, vbi: vnd was ein jg-
liche gemeine, in einem dorff vber jare nach irer
vilköre, oder nach alder Gewonheit oder aus
vorgunst irer herschafft zu BÜSSEN betten, vnd
BÜSSEN WÜRDEN das sollen sie alles zu hauffe
halden vnd auf die drey gezeiten VORTRIN-
CKEN, vnd was sie an solchen iren gemeinen
bussen, oder von andern iren gut betten von den
GEMEINEN TRINCKEN erobern das sollen sie
zu anderer irer gemeinen nützung vnd sunderlich
zu gewere, als barnasch vnd geschosse das sy dan
nach rate irer Herschafft an solch Ding legen
vnd das ierlich bessern. Eadem in *Ordinatione*
intempestiuus venatoribus haec multa statuta
VVer

*V*er das vberfabren erfunaen würde, der soll dem der ihne darüber betrieth, oder das suß auff ihne vweist, EIN LAGEL REINFALL zu buß geben so oft das geschicht, vnd darzu in vnser sunderlich straff gefallen sein.

§. XV.

Memoriam diuerfarum Legum a Saxoniae Ducibus propositarum, quam in tanta egregiarum functionum ignoratione fere obliteratam deprehendimus, heic merito renouamus. Fit earum mentio in excitatis saepe *Ordinationibus* annorum 1556. et 1589. earundemque titulos ad suppleendam historiam Iuris Saxonici inferendos putauimus nempe:

Tit. VII. Ordinationis antiquioris, indicatur *Constitutio* Principum Saxoniae aduersus *ufuras*.

Tit. VIII. mentio fit Legis singularis contra *Sponsalia clandestina*.

Tit. XXI. circa finem relatam legimus *Ordinationem* in *Terris Franconicis*, a *Ioanne Friderico* Electore publicatam, cum noua ex iussu Principum obseruandam.

Tit. XXII. laudatur Mandatum vtriusque prosapiae Saxonicae aduersus *pieturas famosas*, de quibus ex legibus imperii et prouincialibus, sub Praesidio B. IOA. SALOMONIS BRUNQVELLII Dissertatione praeclara exposuit *Christophorus Ferdinandus Voit* a *Berg*, *Lenae* 1733. 4.

Tit. XXVIII. et XXXIII. instituta commemoratio legum singularium Saxonicarum de *Armandia* ac *Seruitiis feudaliibus*, quorsum pertinent Mandata *Ioa. Friderici* Electoris d. a. 1537. et 1544. nec non *Ioa. Wilhelmi* Ducis F. d. 24. Octobr. 1572. et multa alia recentiora Vassallis et subditis militiam exterorum prohibentia.

Tit. XXIX. ad Leges *Venatorio - Forestales*, *Ioa. Friderici Elect.* prouocatur.

Tit. XXXIX. et XLIV. Mandatorum de *Via regia per Misiam* ac *Thuringiam* tenendae fit repetitio. Conf. ill. GEBHARDI CHRISTIANI BASTINELLERI de iure villarum publicarum Diss. *Vitembergae* 1729. 4. expositam.

Tit. LVIII. et LXIII. Legum contra *abusus Opificum* Numburgi a. 1541. conditarum facta est renouatio.

Tit. LXXXIV. et LXXXIX. Constitutionis Saxonicae aduersus *Dissidatores (mutwillige Beuebder)* Numburgi 1533. latae, legimus particulam.

Tit. XC. medio ad Ordinationem *Ioan. Friderici* Electoris de *Libra Molendinaria*, prouocatur.

§. XVI.

Illud porro est obseruandum Serenissimos *Saxoniae Ernestinae* propaginis *Duces*, vti sanguine ab vno celsissimo stipite descendunt, ita factis licet Territoriorum diuisionibus, quod ad *Legislationes* attinet, quantum salua Superioritate Territoriali atque exinde fluente potestate legislatoria fieri potuit, summam voluntatum,

tum, studiorum et sententiarum consensionem ostendisse eaque de causa in pactis et Recesibus variis animos declarasse hunc in finem concordiamque intentos. Quum anno 1648. d. II. Octobr. et seqq. *Eisenbergae* vtriusque profapiae *Vinariensis* et *Altenburgensis*, consiliiarii, de variis grauibusque negotiis consultassent inter alia de *Corpore Iuris Saxonici Ernestini* cogitatum fuit. *Puncto* enim inter negotia politica III. haec legimus: *Dierveil auch nothwendig und nützlich befunden worden das die vorige gesambte Policy- und Landes-Ordnung erneuert und uf iezige Zeiten und Zuestand der Lande eingerichtet und verbessert werde, zu welchem ende dann das Fürstliche Gothaische theil allbereit die Titul entwerffen und communiciren lassen, So ist dasselbe bittlichen vermogt worden die Notturft in materialibus unter solche titul noch ferner bringen zu lassen und den Aufsatz anderweit zu communiciren, vollen sodanu die andern beyde Fürstl. Theile auch ihre Meinung und Gedancken dazubringen, und das VVerck zur Perfection bringen helfen. Es stünde aber dabey zu bedencken*

weil uf proiectirte masse die Kirchen-Consistorial, Hof-Gerichts, Appellation, Vormundschaft, auch alle andere special-Ordnungen, nebst denen hiebeuor publicirten öffentlichen Mandaten, welche man noch iezo zu des Landes und Vnterthanen Besten und Wohlfarth nützlich und gut befinden würde, IN EIN CORPVS gebracht werden kan, ob selbige alle einmahl in folio ZUSAMMEN, hiernechst auch iede Ordnung absonderlich in quarto gedruckt und publiciret werden solle. Quod consilium successum non habuit. Saepe tamen in *Recessibus diuisionum* placuit, harmoniam consensumque quantum conditio hominum, rerum, temporum, terrarum permittant in *Ordinationibus Prouincialibus* obseruandum esse. Placuit haec consensio Serenissimis quatuor Fratibus *Vinariensibus* in Receptu diuisionis d.d. 20. Sept. 1662. §. V. fin. vbi: *Wir verpflichten Vns auch darneben gegen Ihre Lbd. Lbd. Lbd. und sie sich hinwieder gegen Vns, dahin dass es bey denen bisberigen Cantzley-Cammer- und andern Ordnungen - - in allen unverrückt gelassen etc.* Iidem superstites tres
 Prä-

Fratres Duces in Recessu d. d. 25. Iulii 1672. §. 2. promiserunt: Zum andern wollen Wir aus gleichmässigen Bewegnissen, soviel ohne Aerger- niss der Kirchen möglich, und die Beschaffenheit auch Wohlfarth der Lande, samt ihren sonder- baren Ordnungen, eigenen Stadtrechten und Frey-Briefen es zulassen will, Vns EINERLEY geist- und weltlicher ORDUNGEN in Consi- storial- Kirch-Schul, Policey- und Iustitien-Sa- chen vergleichen, ein ieglicher in seinem Lande darüber halten, und darwieder nichts neues ein- reissen lassen. His, in Recessu diuisionis Terra- rum Ienensium d. d. 12. Iulii 1691. additum legas: insonderheit aber mit Fleiss daran seyn, und bey Vnsers Herrn Vetter's zu Gotha Lbd. Erinne- rung thun damit die Casus dubii derer Chur und Fürstl. Sächsischen Rechte förderlichst ausgema- chet, und alsdenn unter Vns die vor etlichen Jah- ren schon proiectirte Landes- und Gerichts-Ord- nungen in Richtigkeit gebracht, zum Druck be- fördert und unter jedes Herrn Nahmen publiciret werden mögen.

S, D. G.

CON-



CONSULTISSIMO THOELLDENIO

AMICO SVO HONORATISSIMO

S. D.

P R A E S E S.



*Illustris et vera laus est, quam T. P. ATTICO, Equiti Romano, C. NEPOS * tribuit: Moris maiorum summus imitator fuit, antiquitatis amator: quam adeo diligenter habuit cognitam, ut eam totam in eo volumine exposuerit, quo Magistratus ornauit. NULLA enim LEX, neque Pax, neque Bellum, neque res illustris est populi Romani, quae non in eo suo tempore sit notata. Vestigiis prudentissimi huius Equitis Romani instis Consultissime Thoelldeni, qui multa eruditione diligentiae laude non solum legum Romanarum aliarumque in patriam nostram introductarum genuinas significationes, rationem, vim, usumque forensium diligenter inuestigasti, uti eximia illa T V A doctrinae legalis Specimina in florentissima Academia Lipsiensi anno MDCCXLII. in lucem edita luculenter docent, sed etiam in itineribus T V I S prudenter institutis cultissimorum Belgii et Galliarum populorum mores, instituta et iura curate curioseque inspexisti. Praecipuum autem studium ad res Germaniae Saxoniaeque sapienter attulisti, atque in Legibus Electoralibus Albertinis perscrutandis et applicandis omnem operam adhibuisti. Iam vero specimine T V O inaugurali Ordinationum et Legum Saxoniae Ernestinae Notitiae par-*

partem utiliter exponis. Gratulor ex animo hoc praeclaræ
TVAE Viri Consultissime eruditionis novum documentum. Gra-
tulor illustri Viri Parenti in gravissimis negotiis occupatissimo
et meritissimo solidum illud gaudium quod ex fortunato studio-
nem TVORVM successu aliisque animi corporis ac TVI orna-
mentis percipit, piisque votis ab immortali Deo contendendo, velit
TIBI fausto pede altioris fortunæ iter ingredienti suo numine
semper adesse omniaque consilia conatusque felici euentu compro-
bare. Ita vale Vir Consultissime, memoriamque secessus Ienensis
serua. Scrib. Ienae d. VIII. Apr. A. S. MDCCXLVII.

* Artic. c. XVIII.

LETTRE DE FELICITATION
à Mr. le Docteur THOELLDEN.

MONSIEVR

L'amié dont Monsieur Votre Pere m'a honoré iusqu'ici, et
l'avantage de Votre connoissance redoublent ma joye en Vous
voyant gouter les fruits que Votre diligence Vous fait recuei-
llir. Les voyages que Vous avez faits en plusieurs lieux de l'Eu-
rope, les diverses pièces savantes que Vous avez publiées, et par les-
quelles Vous avez fait connoitre Votre science, ne sont qu'un te-
moignage de Votre merite digne d'être couronné d'honneurs.
Vous donnez aujourd'hui de nouvelles preuves de Votre érudition
en soutenant Vos theses avec toute la dexterité requise, et
avec un applaudissement general. Le jour donc est arrivé où la
fortune Vous accorde une illustre marque de sa Faveur, et Vous donne
la recompense de vos travaux par l'agrément de ceux qui
sont capables d'en juger. C'est pourquoy je me contente de Vous
temoigner la joye que j'ai de Votre Satisfaction, et la part que
je prends à Votre Fortune. Permettez donc que je Vous felicitte
de la place que Votre merite Vous a acquise, souhaitant
que le Tout-puissant Vous eleve au comble du bonheur, afin que
Vos très honorés Parens et toute Votre famille en deviennent
d'autant plus florissants. Je Vous proteste, Monsieur, que je ne

K

ces-

*cesserai jamais, de m'interessér à l'avenir à tout ce qui Vous touche,
pour Vous donner des preuves de mon attachement et de l'amitié,
avec laquelle je ferai toujours gloire d'être,*

MONSIEUR,

*Votre tres humble et affectionné
Serveur*

CHRETIEN ADOLPHE GUNTHER,

*Conseiller de la Cour et du Consistoire, comme aussi Baillif
du Baillage de Jene de Son Altesse Serenissime Monseigneur le Duc de Saxe-Weimar et Eisenach.*

Molt' Illustre ed Eccellentissimo

SIGNOR

DOTTORE THOELDEN.

Tantosto ch' hò avuto l'onore di conoscerla, hò cominciato di stimar molto i suoi rari talenti. J diversi scritti dati in luce da *Lei* mostrano a sufficienza la solida erudizione da *Lei* acquistata. E se anche non vi fossero altri segni del di *Lei* profondo sapere, la presente disputatione molt' erudita farebbe un testimonio segnalato de' di *Lei* meriti e dell'onore col quale riceve i privilegi del Dottorato in quest' Academia per un guiderdone delle di *Lei* distinte qualità. Tutti quei à ch' elleno son note applaudiscono a questi nuovi onori, bramando di vederli di più in più aumentati. Particolarmente io non posso mancare di dimostrargliene la mia soddisfazione, e di ringratiarla dell'onore col quale si è compiaciuta degnarmi, avendomi eletto per Opponente della di *Lei* così bentsfuta disputatione. Prego Iddio di colmarla con ogni maggiore e più bramata prosperità, di conservarla per lungo tempo alla gioja del suo molt' illustre genitore, di tutta la di *Lei* splendida famiglia ed alla salute della republica. Mi raccomando al di *Lei* favore e l'assicuro ch' abbraciero di vero cuore tutte le occasioni che la fortuna sarà per porgermi di renderle i miei servizj, In questa speranza sono e sarò fin' alla tomba

di
V. S. Molt' Illustre ed Eccellentissima

Servitore umilissimo ed ubedientissimo
GOTTLIEB ANTON FASELIO,
Commisario del Ballaggio di Giena.

Apollo

Apollo hatte jüngst den Helicon bestiegen,
 Die Musen fanden sich zu gleicher Zeit mit ein.
 Mercur eröffnete zu allerseits Vergnügen,
 Es sollte dieser Tag, ein Tag der Ehre seyn.
 Dich war nicht ungesagt (man wünscht es bald zu hören)
 Wenn doch Apollo wohl den Purpur zugedacht,
 Ob ders auch würdig sey, den man so wolte ehren,
 Und ob er sich durch Fleiß darinn verdient gemacht.
 Der Wunsch ward bald erfüllt. Man hörte voller Freuden
 Des grossen Thölldens Sohn (des Mannes dessen Rath,
 Dem König wolgefällt, und den vor langen Zeiten
 Apollo nach Verdienst auch selbst geehret hat)
 Des grossen Thölldens Sohn, den will Apollo ehren
 Weil dis sein **EIGNER FLEIS** vorlängst schon hat verdient.
 Man stimmte bey, und sprach: Der Neid selbst kans nicht wehren
 Weil seiner Vaters Witz in ihm schon blüth und grünt
 Man gratulirte Ihn zur hohen Doctor-Würde
 Und wünschte tausend Glück dem würdigen Musen-Sohn.
 Man setzte zwar hinzu: Der Würde folget Bürde,
 Doch stellte man ihm auch ein schön pronosticon:
 „Die Tugend lobt sich selbst. Verdienste und Geschicke
 „Belohnen Könige, Churfürsten, Fürsten, Herrn.
 „Das erste hat er schon, das andre bringt das Glücke
 „Und dieses winckt Ihn dort, es ruft Ihn schon von fern.
 Gehirt, gelehrter Freund, bey **DERO** Ehren-Tagen,
 Bin ich auch hochehrent auf einen Wunsch bedacht,
 Was sonstn andere mit vielen Worten sagen,
 Hab ich aufs kürtzeste in diesen Reim gebracht:
 Der Höchste kröne Sie mit Segen Heil und Glück,
 Es steige Sternen hoch und falle nie zurück.

Zu Bezeugung seiner hertzl. Freude und Ergebenheit, bey rühm-
 lichst erhaltener Doctor-Würde, setzte dieses dem Hrn. Do-
 ctori als seinen hochgeehrtesten Gönner und Freund hinzu

Johann Friedrich Gräff, Diaconus in Tännstedt.

IVSTINIANE, sacri doctum TE iuris in arte
 Et dudum, et merito IVSTINIANVS amat.
 Nunc igitur summo TE IVSTINIANVS honore
 Promerito tandem condecorare cupit. I pe-

i pede felici, doctrinae praemia laudem
Accipe, perpetuo et perge fauere mihi

VIRO PRAENOBILISSIMO
IVSTINIANO THOELLDENIO

summum in viroque iure honorem ex animo
gratularatur
FRIDERICVS GEORGIVS IERCKE.
Aduocat. immarr.

Gelehrt, erhabner *FREUND*, so kann ich mit Vergnügen,
Da nun mein Wunsch erfüllt, *DICH* weit beglückter selbst
Beglückt, doch nicht genug, das Schicksal wird es fügen,
DU wirst in kurzer Zeit, auf höhern Staffeln stehn.
Warum? Dein Vortheil ist, nicht allen, allgemein
Drum muß Dein Schicksal auch vor andern höher seyn.

Wer Ehrfurchts voll, wie *DU*, den klugen Vater ehret,
Den vor ein Fürst geliebt, der jetzt den König dient,
Und den erlangten Ruhm, durch neuen Rath vermehret,
Da schon sein Geist und Fleiß in Wien und Wetzlar grünt.
Den muß der Himmel selbst, durch seine Macht erhöhn
Weil er es selbst verspricht, so muß sein Wort geschehn.

Wer so gepriesner *FREUND*, die Blüte seiner Jugend,
Den muntren Musen weybt, und von dem Fleiß erbleicht,
Der wird beyzeit ein Mann, den crönt beyzeit die Tugend,
Die uns vor jede Schrift, wie *DIR* den Lorber reicht.
So nimm den ersten Lobn, den Sie *DIR* lächelnd giebt,
FREUND sey erfreut! Es folgt noch mehr, weil Sie *DICH*
liebt.

Dieses setze aus aufrichtiger Freundschaft
und Schuldigkeit hinzu

Des *HERRN DOCTOR ANDENS*
ergebenster Freund und Diener
GEORGE ERNST SCHELLWITZ
Iur. Pract.







Jena, Diss., 1747

ULB Halle

3


004 363 167



sb.







744

DISSERTATIO AVSPICALIS ^{1747, 16}

DE
ORDINATIONIBVS
POLITIAE ET IVSTITIAE
SERENISSIMORVM SAXONIAE
ERNESTINAE DVCVM

Von
Den Policy- und Justiz-Verordnungen
der Sächsischen Fürsten
Ernestinischer Linie.

QVAM
EX DECRETO
ILLVSTRIS IVRISCONSULTORVM ORDINIS
IN ACADEMIA IENENSI
(ca)
PRAESIDE
CHRISTIANO GOTTLIEB BVDERO
SERENISSIMIS SAXONIAE DVCEBVS A CONSIL. AVLICIS IVRIS PVBLICI
FEVDALIS ET HISTORIARVM P. P. O. COLLEGII FACVLTATIS
IVRIDICAE SENIORE
PRO SVMMIS IN IVRE HONORIBVS
RITE CONSEQVENDIS
AD D. XV. APRILIS A. R. S. MDCCXLVII.
PLACIDO ERVDITORVM EXAMINI SVBIIICIT
IVSTINIANVS THOELDEN
TENNSTADIENSIS THVRINGVS.

IENAE, LITTERIS SCHILLIANIS.

(12)